filio herodis capite punit: de quo et in euāgelijs quidē
refertur. Cōcordi vero testimonio etiā ioseph⁹ de hoc describit
nominatim etiā de herodi ade cōmemorans: velut de coniugio
fratris philippi viuentis violenter abstracta et suis ab herode
incestis nuptijs sociata: ppria et legitima uxore dimissa. Quā
herodiadē filiā dicit fuisse arethe regis arabie: propter quā
etiā iohannē baptistā ab eo cōmemorat interemptū. Hellum q̄
exortū inter aretham dicit et herodem tamq; ab ignominiam
filie vindicandā: in quo bellū exercitū refert herodis extinctū
hec autē omnia accidisse propter piaculū quod in necē iohānis
admisit. Idem quoq; iosephus iustissimū super omnes iohannē
fuisse scdm euangelior fidei: et ab herode propter herodiadē
capite cesum refert. Propter quā etiā memorat eum regno esse
depulsum atq; in exilium viennā gallie urbem trusum. Hec in
octavo decimo antiquitatū libro: h̄is ipsis quib⁹ infra ānotatū

Johānos
8 lib. cap. 16

est sillabis scribit. Quibusdam autem iudeorum videbatur iugis
ideo perisse herodis exercitum quod in eum satis iuste vicio diuina
comota sit pro vindicta iohannis qui vocabatur baptista quem
puniuit herodes virum valde bonum: qui precipiebat iudeis virtu-
tuti operam dare: iusticiam iter se in uicem custodire: et in deum
seruare pietatem: per baptismum in unum coire. Hoc ei pacto
baptismum acceptabile fore. si non solum ad abluenda peccata
sumatur: verum et ad castimoniā corporis atque anime iusticiā
purificationemque seruetur: cui rūmque pariter virtutum velut
signaculum et custodia quedam fidelis habeatur. Que cum ab
eo per precepta huiuscmodi docerentur atque ad audiendum
eum per plurima multitudo cōcurreret: veritus herodes ne forte
doctrinæ eius psuasione populi a suo regno discederet: videbat
enim quod preceptis eius ac monitis obedire in omnibus plebs
esset parata: melius credidit priusquam noui aliquid fieret anticipate
hominem nece. quod postmodum turbatis rebus seram penitudi-
nē gerere. Ex sola igitur suspicione herodis vincus in castellū
macheronta abducitur iohannes: ibique capite obtruncatur.
Hactenus de iohanne.

18 lib. cap. 14

cap. 14

¶ Testimonium iosephi de cristo. Ca. xiiij.

Sed et de salvatore nostro in eisdem hystoriarum suarum
libris idem iosephus ita scribit. Fuit autem hysdem tē-
poribus ihesus sapiens vir: si tamen virum eum nominare fas
est. Erat enim mirabilium operum effector: doctor hominum eorum
qui libenter que vera sunt audiunt. Et multos quidem iudeorum
multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Cristus hic erat. Huc
accusatione primorum nostre gentis virorum cum pylatus in
cruce agendū esse decreuisset: non deseruerunt hī qui ab inicio
eum dilexerant. Apparuit enī eis die tertio iterum viuus: scđm
quod diuinitus inspirati prophete vel hec vel alia de eo innumera-

Josephus lib. 18 cap. 9.

*Christianis a Christo Dicte sunt
et misericordia eius*

miracula futura esse predixerant. Sed et in hodiernum diem
christianorum qui ab ipso nuncupati sunt: et nomen perseverat et
genus. Hoc cum ipse hebreorum scriptor olim suis libris inserta tam
de iohanne baptista. quod etiam de domino et salvatore nostro tra-
diderit: quod ultra effugium. que excusatio impudentibus ac perfidis
remanebit quo minus de falsitate gestorum que postmodum co-
finxerunt aptissime concincentur. Sed de his ista sufficiunt.

**4. De nominibus apostolorum et discipu-
lorum christi. 5. Capitulum. xv.**

*Nomina Discipulorum non
scripta nisi parvum
ap. parvum*

Apostolorum autem domini et salvatoris nostri nomina
que referuntur: ex ipsis euangelij omnibus palam est.
Septuaginta vero discipulorum vocabula: nusquam quidem reperi-
mus scripta. Dicitur tamen ex ipsis unus barnabas. cuius etiam
in actibus apostolorum mentio facta est. Sed et paulus nichilo
minus scribens meminit eius. Denique ipsum dicunt esse: qui cum
sostene et paulo chorinthios scribit. Clemens vero in quarto
dispositionum libro: cephe mentionem facit. de quo paulus
dixit. Cum autem venisset cephase antiochiam: in faciem ei
restiti. Et dicit eum unum esse ex septuaginta discipulis cog-
nomine petri apostoli. Sed et mathiam ex ipsis esse dicit qui
pro iuda in apostolorum numerum subrogatus est: et eum qui
cum ipso statutus est ad sorte. Thadeum quoque unum ex ip-
sis esse tradunt de quo et historiam que ad nos usque peruenit:
exponere necessarium duco. Nam et plures quod septuaginta fu-
isse discipulos salvatoris inuenies: si obserues ea que paulus in-
dicat dicens. post resurrectionem apparuisse dominum primo
quidem cephe postea illis undecim. et post hos amplius quod quin
gentis fratribus simul. ex quibus quosdam dormiuuisse dicit.
plurimos autem adhuc permanere eo tempore quo scribebat.

*Colligitur ex Acto Pauli 14.
fusce Discipulos 13. 70*

*Expositio
Cor. 15*

Post hos etiam dicit eum visum esse iacobo qui erat unus ex his qui fratres saluatoris appellabantur. **T**um deinde tamquam preter hos duodecim ad eorum similitudinem essent alii quidam apostoli sicut et ipse erat paulus: addit et dicit. **P**oste a eparuit apostolis omnibus. **N**ouissime autem inquit visus est et michi. **S**ed et de his ista sufficient.

*Fuerunt et alii aperte operi
Se amore numero aut paucis*

¶ Narratio de abagaro rege. Capit. xvi.

Dn. **A**rratio vero quam de thadeo promisimus: hunc habet modum. Domini et saluatoris nostri ihesu christi diuinitas cum pro mirabili virtutis opere per omnem locum celebraretur: in numeros tamē de vicinis & de pegrinis et longe positis pro re mediorum et cure virtutibus invitabat. si qui precipue morbi alicuius egreditudine laborarent. **V**nde et rex quidam abagarus nomine gentis ultra eufraten posito principatu nobiliter tenet morbo quodam corporis irremediabili quantum inter homines tenebatur. Qui cum de nomine ihesu et de mirabilibus virtutibus eius audisset: supplex ei per epistolam factus exorat misso in re homine. diuini morbi vinculis quibus tenebatur absolui. **S**ed ad presens quidem a domino corporis eius cura differtur: dignus tamen efficitur rescripto epistole saluatoris: in qua simul etiam promittitur ei: & non multo post desiderij sui consequetur effectum. Denique post resurrectionem atque ascensionem domini ad celos thomas apostolus ex commonitione diuina thadeum quemdam unum ex septuaginta discipulis ad edissentem ciuitatem euangelistam et predicatorem verbi dei emittit: simul et que a domino promissa fuerant impleturum. **H**ec in archinis publicis edissene ciuitatis in qua tunc supradictus abagarus regnauit ita descripta repperimus in his carthis que gesta regis abagari seruata antiquitus continebant. **E**t ut euidentis dictorum veritas fiat: exemplaria epistolarum et syrorum lingua translata ponemus,

Traditio vnu vro 7°

*Exemplar epistole scripte à rege abagaro
vel thoparea ad ihm et misse iherosolimis
per ananiam cursorem. Capitulum. xvij.*

Acta Agonii ad ihm **A**bagarus ythanie filius thoparea ihesu saluatori bono
qui apparuit in locis iherosolimorum salutem. Auditum
est michi et de te et de sanitatibus quas facis: q̄ sine medica-
mentis aut herbis fiant ista per te. et q̄ verbo tantum cecos
facis videre. claudos ambulare. leprosos mundas: et imundos
spiritus ac demones eicis. et eos qui longis egritudinibus af-
flictantur curas et sanas. mortuos quoqz fuscitas. Quibus om-
nibus auditis de te: statui in animo meo vnum esse e duobus
aut quia tu sis deus et descendenis de celo vt hec facias: aut q̄
filius dei sis qui hec facis. Propterea ergo scribes rogauerim
te vt digneris vscqz ad me fatigari: et egritudinem meam qua-
iam diu labore curare. Nam et illud cōperi q̄ iudei murmurat
aduersum te: et volunt tibi insidiari. Est autem ciuitas michi
parua quidem sed honesta que sufficiat vtrisqz.

*Exemplum rescripti ab ihesu ad abagaz
thoparcā p ananyam cursorem. Ca. xvij.*

Responsio **B**atus es qui credidisti in me: cum me ipse non videris
Scriptum est enim de me: quia h̄i qui me vident non
credent in me et qui me nō vident me ipsi credent in me et viuet
De eo autē qd̄ scripsisti michi vt veniam ad te: oportet me oīa
pp̄ter que missus sum. hic explere. et postea q̄ cōpleuero recipi
me ad eum a quo missus sum. Cum ergo fuero assumptus mittā
tibi aliquē ex discipulis meis vt curet egritudinē tuam et vitā
tibi atqz h̄i qui tecū sunt et ciuitati tue p̄sset. Erat autē h̄i
epistolis adiunctum lingua syroz etiam hoc q̄ infra scriptū est

Postea vero ꝑ ihesu assumptus est: misit ei iudas qui et thomas thadeum apostolum vnum ex septuaginta. Qui cum venisset manebat apud thobiam filium tobie. Ut autem audiuit de eo abagarus: nūciatum est ei ꝑ venisset apostolus ihesu scdm ꝑ ei scripserat. Cumqz cepisset thadeus i virtute dei curare omnē languorem et infirmitatem itavit omnes mirarentur: abagarus consideratis mirabilibus que faciebat: et recordatus est ꝑ ipse esset de quo sibi ihesu scripserat dicens: cū autē fuero assump tus. mittam tibi aliquem de discipulis meis qui egritudinem tuam sanet. Et vocans ad se thobiam apud quem manebat. ait ad eū. Audiui ꝑ vir quidā potens et venit et manet in domo tua: adduc eū ad me. Cumqz redisset thobias ed thadeum: dixit ei. Abagarus thoparca vocauit me ad se: et dixit mibi vt te ad eum pducam vt cures eum. Et thadeus. Dadam inquit: qm maxime propter ipsum missus sum. Postera igit die: thobias mane assumpto thadeo venit ad abagaz. Et cū fuisset ingressus presentibus primatibus eius: statim in ingressu visum est abagaro diuini nescio quid splendoris in vultu apostoli thadei. Qd cum vidisset abagarus: adorauit thadeum. Super quo admirati sunt omnes: qui assistebant regi. Ipsi enim nichil horum videbant: quia soli abagaro fuerat ostēsum: qui et dicere cepit ad thadeum. Vere discipulus es ihesu filij dei: qui michi dixerat mitto tibi aliquē de discipulis meis qui te curet et vitam tibi preseret. Et thadeus respondit. Quia magnifice credidisti in eū qui me misit: propterea missus sum ad te. Et si pmanseris in fide eius et crudelitate. prestabunt tibi omnia desideria cordis tui. Tunc et abagarus ad eum. Dicqz adeo inquit credidi ei: vt et iudeos eum qui cruciferunt vellem si vlla michi adessz tāta exercit copia trucidare. et si nō romani regni auctoritas ipediret. Et thadeus ait ad hec. Dominus nr voluntatem patris sui impleuit: qua impleta assumptus est rursus ad patrem. Dicit

adams & thoma mittitur
in gressu abagari

Splendorum dominus ad mortuū
thadei missus est abagari

fides abagari

ei abagarus. **E**t ego scio: et credo in eum et in patrem eius. **E**t thadeus. Propterea inquit pono manum meam super te: in nomine eius. **E**t cum hoc fecisset: statim omni egreditudinis morbo quo tenebatur absolvitur. Miratus est abagarus quod sicut verbis audierat de ihesu ita rebus et operibus repperit per thadeum discipulum eius impleri: qui eum absque medicamentis et herbis curaret. Non solum autem illum sed et abdon quemdam abdei filium pedogra laborantem cum se vestigium eius aduolueret manus in positione sanauit: multosque alios illius urbis ciues varijs obsessos sanauit in comedis. **E**t sic opera magna et admiranda perficiens predicabat verbum dei. Post hec autem abagarus ait ad thadeum. Tu inquit cum virtute dei hec facis: et nos omnes videntes miramur. **V**ix quereret enarrata michi de aduentu ihesu quomodo factum sit. et de virtute eius in qua faciebat hec que audiui. **E**t thadeus. Nunc quidem inquit taceam. **V**ix quia verbum missus sum predicare: crassino congrega michi oes ciues tuos et coram ipsis predicabo et seminabo in eis verbum vite. vel aduentus ihesu quoniam fuit et cur vel qua de causa missus est a patre: et de virtutibus operum eius. vel de mysteriis quod locutus est in hoc mundo et in qua virtute hec fecit: sed et de noua eius predictione. et quod ita apparuerit humilis et quomodo ita se humiliauerit. et deposita maiestate perirefecit diuinitatem suam: ita ut et in crucem ageretur et in infernum descendere et disruptus sepe quam a seculis nemo disruptus et mortuos suscitaret. Qui descendit quidam solus: ascendit autem cum gradus multitudine ad patrem. **I**ussit ergo abagarus ut mature omnes ciues convenirent: et audiarent predictionem thadei. **E**t post hoc iussit dari ei aurum et argentum sed ille non accepit dicens. Si nostra dereliquerimus: quoniam accipiemus aliena. **G**esta sunt autem ista quadringentesimo et trigesimo anno. **V**ec non utiliter ut puto a nobis ex syrorum lingua translata: bunc in nostris libris teneant locum.

Abdon. Abdei

Expositio abagari
de aduen-
tione et operis sui

Yannus
libri

**¶ Incipit liber secundus ecclesiastice hystorie. De vita et
institutione apostolorum post ascensionem christi. Capitulū. i.**

¶

q

¶ **V**ecūq; oportuit velut in principijs eccl^{esiastice} hystorie designari. siue de diuinitate saluatoris siue de antiquitate nostre religionis ac vetustate doctrine: et vt olim tradita sit cristianorū que nouella videat insitio: sed et de aduentu ipsius saluatoris et domini nostri nup impleto ac passionib^{us} consummato. et de apostolorū quoq; electione superiore libello quāta potuim^{us} breuitate perstrinxim^{us}. **A**ge iam nunc etiam que post ascensionē eius consecuta sunt videamus partim diuinarū scripturarū testimonijs edocentes: partim et etrinsecus ex his que fideliter in commentarijs qui ad memoriam posteritatis inuenti sunt cōperim^{us} approbantes. **P**rimus igitur in apostolatū pro iuda proditore mathias sorte consicīt. qui erat unus ex discipulis domini. sicut supra demonstratū est. **O**rdinant autem et septem numero per orationes et per manus impositionē apostolorum ministerij viduarū gracia. **I**n quibus stephanus qui et primus post dñm statim post ordinationē suā lapidatur ab his qui et dominū occiderunt: per quod et nominis sui stephano corona donatur a cristo. **T**um deinde iacobus qui dicebat frater dñi. pro eo q̄ esset filius ioseph. qui christi quasi pater habebatur q̄nquidem despota ei fuerat virgo maria: que priusq; conueniret cum eo inuenta est in vtero habens de spiritu sancto sicut euangēlia protestantur. **H**unc inq; ipsum iacobū qui et iustus cognominatus est ab antiquis virtutū meritis et insignis vite priuilegio primū hystorie tradiderunt suscepisse ecclesie que in iherosolimis est sedem: sicut clemens i sexto dispositionū libro afferit dicens. **P**etrus enī inquit et iacobus et iohannes post

Transitio

L+6

Stephanus primus martyris

L+7

*Jacobus filius Iosephi
maritus*

Clementis & Iosephi. V

H[ab]et tres ap[osto]li extra quodam[us] plati

ascensionem saluatoris q[uo]d uis ab ipso fuerint oibus pene plati
tamen non sibi vendicat. primatus gloriam: sed iacobum qui
dicebatur iustus apostolor[um] episcopum statuit. **I**dem quoq[ue] ipse
in septimo eiusdem opis libro: addit de ipso etiam het. **J**acobo
inquit qui dicebatur iustus et iohanni et petro post resurrec-
tionem suam dominus omnem sci[entiam] tradidit et ipsi ceteris
apostolis: qui apostoli illis septuaginta discipulis tradiderunt
Barnabas unus e numeris 7 ex quibus unus erat et barnabas. **D**uos autem fuisse iacobos
costat: unum hunc iustum. qui de pynna templi dilectus fullois
veste percussus est. et morti traditus: aliis autem ille qui ab he-
rode capite cesus est. **H**uius ergo iusti iacobi: etiam paulus me-
minit cum scribit. **A**llium autem inquit apostolorum vidi nemine
nisi iacobum fratrem domini. **I**n hoc ergo tempore etiam tha-
deus de quo supra memorauimus. scdm domini preceptum ad re-
gem abagaz missus ipsum quidem egritudine morbi corporalis
absoluit: vniuersam vero ciuitatem edissenor[um] cristo domino
fidei satis credulitate sociauit: ita ut in hodiernum ciuitas illa
quippe que ipsius domini et saluatoris meruit scripta suscipe
velud speciali quadam cristo deuotione dicata sit. **I**nterea perse-
cutio prima aduersus ecclesiam dei que est iherosolimis facta
est sub primo martire stephano: ones discipulos exceptis duo
decim per vniuersam iudeam samariamq[ue] dispersit seu potius
ut sancta scripture indicat disseminauit: ex quibus nonnulli ad
fenicem et usq[ue] cyprum atq[ue] anthiochiam deuenerunt: qui gen-
titus quidem credere misterium fidei nodum audiebant. iudeis
tamen predicabant. **I**nterea paulus adhuc vastabat ecclesiam
ingrediens domos et pertrahens viros ac mulieres tradebat
in carcerem. **E**d philipp[us] qui erat vni ex septem cum stephano
diaconus ordinatus descendit samariam virtute dñi repletus:
et predicabat primus verbum d[omi]ni samaritane genti. **I**n quo
tanta erat tuijne gratie efficacia: ut etiam simonem magum suis

Symo magus

*Abdem
Philippus artus. Iacobus
euangelista*

predicatiōibus cōsterneret: qui per idem tempus celebris fame
apud samaritanorū populos habebat: ita ut virtus dei magna
esse putaret. Sed is cum vidisset signa et miracula que a phi-
lippo per diuine gratie potestatem fiebat: obstupefactus. et ter-
rituscessit. et credere se in ihesum usquequo etiam baptismum
acciperet simulauit. **C**o reuera dignum mirari non est hodieqz
eodem ordine fieri ab hīs qui velud hereditariam ab illo simu-
lationē sedē ipurissime susceperunt: quiqz autoris sui artibus
instituti ecclesiam fraude qualibet ingressi lauacrum furantur:
et sancta nostra velud alicuius morbi contagione cōmaculant
Verpit enim eorum venenatus sermo sicut vlcus in gregibus
et occultis verborum morsibus incautis letale virus infundit
donec noxias eorum latebras diligentia pastoris inuestigatas
educat ad lucem: sicut et ipse symon petri industria cōprehen-
sus penam quam merebatur expēdit. **V**erum per singulos dies
augescente predicatione verbi diuinī per dei prouidentiam ex
ethiopie regionibus adest quidam regine gentis illius p̄posit⁹
moris quippe est illi nationi etiam nunc a feminis regi: tamqz
vota in iherosolimis redditurus. **H**uic philippus r̄nis sancti
spiritus visus: primo ex omnibus gentibus misterium fidei et sa-
cramentum baptisi tradidit: et velud quasdam deo primicias
omnium cōsecrat nationū. **H**unc opinio tenet ad patriam ter-
ram regressum scientiā dei summi et saluatorem domini nostri
prescientiam indigenis gentibus sicut sibi tradita fuerat predi-
casse. **I**n quo rebus ipsis cōpleta est per eum prophetia que di-
cit: ethiopia pueniet manus eius deo. **D**um hec igitur agunē **Nsl. 67**
paulus vas electionis non ex hominibus neqz per hominem. s̄z **Jal. 1.**
per reuelationem ihesu cristi et dei patris qui eum suscitauit a
mortuis in apostolatum vocatur celesti ad se voce delata.

¶ Quēadmodū tiberi⁹ de cristo edoc⁹ et cōmenit⁹ a pylato. Ca. ij

*Vnde Cris fama, & gestorum, utriusque
resurrectionis, post ascensionis, & in au-
to comparuit*

In terea cum per omnem iam locum de resurrectione et mirabilibus domini nostri ihesu christi et de ascensione eius ad celum felix fama loqueretur ac per omnium aures beati huius rumoris volueretur opinio: quoniam antiqui moris erat apud romanos ut prouinciarum iudices si quid forte noui in his quas regebant prouinciis accidisset vel principi vel senatu nunciarent: uti ne ex his que gerebantur ignorare viderentur: de resurrectione a mortuis domini et salvatoris nostri ihesu christi, que iam in omnem locum fuerat prouulgata. pylatus refert tyberio principi: sed et de ceteris mirabilibus eius. et ut post mortem cum resurrexisset a qua plurimis iam deus esse crederetur. Tyberius que compererat retulit ad senatum: senatus autem sprevisse dicitur pro eo quod non sibi prius huius rei indicium fuerit delatum: sed auctoritatem suam peruererit vulgi sententia. Lex enim erat antiquitus designata: ne quis apud romanos deus haberetur nisi senatus decreto et sententia confirmatus. Porro autem pro vero hoc erat quod agebatur: ne diuina virtus humanis putaretur assertionibus indigere. Cumque secundum ea que supradiximus rennisset senatus: tyberius tamen tenuit sententiam suam, ne quid aduersum doctrinam christi contrarium moliretur. Hec terculianus vir et legum et institutionum romanorum pitissimus et inter nostros scriptores admodum clarus: in apologetico suo quem aduersum gentes pro nostra fide scribit hoc modo retrahit. Ut de origine inquit aliquid retrahemus. eiusmodi legum vetus erat decretum. ne quis deus ab imperatore consecraretur: nisi a senatu probatus. Et hoc ad causam nostram: quod apud nos humano arbitratu diuinitas pensatur: et nisi homini deus placuerit deus non erit: homo ergo iam deo proprius esse debet. Tyberius ergo cuius tempore nomen christianum in seculum intravit: annuncianta sibi ex syria palestine que

*Sententia & resuera senatus consilii
de reconfirmabantur*

Tertulliano in Apologetico

illic veritatē istius diuinitatis reuelauerant detulit ad senatū
Cum prerogatiā suffragij sui. senatus quia non ipse proba
uerat respuit: cesar in sententia sua mansit. cōminatus piculum
accusatoribus cristianorum. Hec terculianus.

Vt in omnem mundum breui tempore
diffusa de cristo predicatio est. Ca. iij.

Quod profecto diuina pudentia ita tunc cesaris sensibus
ingessit: ut absq; villo obstatculo in ipsis dumtaxat uicis
euangelij sermo usqueq; pcurreret. **Vnde** et factū est ut repete
quasi celitus lumē ostensum. aut radius quidam solis effulgēs
totum orbem claritate superni luminis illustraret: ut cōpleret
et illa prophetia que dixerat. **I**n omnem terram exiuit sonus
eorum euangelistarū dumtaxat et apostolorum: et in fines orbis
terre verba eorum. **E**x quo et per omnes ciuitates ac vicos
imense multitudines velud messium tempe frumenta ad areas
ita ad ecclesias populi cōgregabantur. **Quicūq;** a parentibus
tradite sibi morbide superstitionis vinculis tenebant: per doc
trinam christi simul. et per virtutum miracula que fieri videbāt
recepta vera dei noticia. tamq; a tyrannicis dominis liberati
ad vuum verum deum et creatorem suum vetusti penitentes er
roris fidei confessioē veniebant. **Cum** igitur passim iā per ones
etiam gentiliū populos pfusiū effundereetur diuina dignatio
primus cornelius apud cesaream palestine urbem maximam cū
omni domo sua ad fidem christi petro ministrante p̄dueitur. **J**am
ide q; plurimi et alij ex gentibus apud anthiochiam ad fidem
veniunt eorum predicatione pertracti quos pro seditione ad
uersus stephanum cōmota disseminatos esse per omnem locum.
superius edocuimus: per quos et apud anthiochiam florentis
ima cōgregatur ecclesia: in qua erant etiam p̄phetici ordinis.

Omnina pudentia dispensat

Psal. 18.

Vid. conversionē populi prioris

Lxx. 10

8

In Antiochia etiam primū dicit
Quintus discipuli Christianam

Act. 11

Barros Cesar

Hec domina regi suorum

viri & plurimi: cum quibus et barnabas et paulus. Quibus omnibus pariter in gratia dei et unanimitate degentibus: ibi primum discipuli velut ex phenni fonte sumpto vocabulo appellati sunt cristiani. Quia tempestate agabus quidam unus ex his qui aderant prophetis: famam magnam futuram diuinis presagabat oraculis. Paulus vero et barnabas cum ministerio a fratribus collato quo sancto ysis de seruirent iherosolimā destinantur.

¶ Quemadmodum post tyberium gaius cesar regem iudeorum constituit agrippam herodij perpetua pena deportationis ipsoita. Ca. iiiij.

Iosephus lib. 18. cap 16

Intra tyberius duobus et viginti circiter annis sui principatus exactis: viuendi finem fecit. Post quem gaius imperium suscepit. et continuo iudeorum principatum tradidit agrippe: simul et philippo et lisanie tetrarchias cum quibus et paulo post herodem pariter cotulit: ipm vero herodem qui vel in iohannis nece auctor extiterat vel in passione domini interfuerat multis extriciatum modis eterno dampnat exilio. sicut iosephus in his que supra inseruimus scribit.

¶ De filone et quemadmodum pro iudeis suscepit legationem ad gaium. ¶ Capitulum. v.

Paulo philosophus

Prius temporibus phyllo insignissimus scriptorum florebat: qui non solum in nostra verum et in grecorum philosophia primus inter primos habebatur. Hic autem genere quidam a proavis hebreus apud alexandriam vero in omnibus claris et nobilibus viris clario et nobilio erat. In diuinis autem legibus et patriis institutis quantus qualisque fuerit: ex his que notis liberorum suorum tradidit monumentis

latus ab eruditus
omnibus clarum est: **Q**uis enim digne valeat explicare quāta eius in liberalib⁹ librīs fuerit institutio. **P**ta in philosophicis p̄tusq; maxime in placonicis et pitagoricis fuerit disciplinis vtq; omnes et qui secum floruerant pene et qui precesserant superarit. **H**ic igitur ipse temporibus gāj quāta iudeis acciderit mala: quinq; voluminibus exponit. **D**ed et de eiusdem gāj mētis insania cōmemorat: q̄ in tantam superbiam elatus sit. vt deum se voluerit appellari. **I**n ipsis autem vbi de iudeorum clādibus refert suam q̄ legationem quam pro cōtribulibus suis iudeis detulit ad urbem romam describit: at q̄ potans apud gayū pro patrijs legibus nichil amplius q̄ irrisiōnem retulerit domi: ymmo et pene periculum mortis incurrit. **D**ed et iosephus meminit horum in octauodecimo antiquitatum libro: talia quedam scribens. **E**t quidem cum sedicio apud alexandriā fuisset exorta inter iudeos et grecos: terni ab v̄risq; p̄tibus legati mittunt̄ ad gayū. **I**n quibus pro parte grecorum erat quidam legatus appion nomine: qui cum in ceteris q̄ plurimis insimularet iudeos: tamen maxime q̄ honorem cesari non deferrent: vt moris est facere omnibus qui romanis fassib⁹ subiacet. **H**ic ergo aiebat gayo neq; aras neq; tēpla cōstituunt. neq; alia huiuscmodi in quibus ei diuini honores a puincialibus deferrunt: sed soli sunt qui neq; statuas ei decernant. neq; sacramentum nominis eius obseruent. **C**ūq; hec et alia grauiora allegaret appion per que concitari crederet gayū: phylō qui legatiōi p̄reerat iudeorum vir in omnibus magnificus alexandri alabar the frater philosophie non ignarus potentissime purgavit obiecta: sed abiecit eum gayus. et iubet ilico e cōspectu suo abdere: dum iracundia repletus secum ipse rimetur quid in eos cōferat mali. **E**gressus aut phylō cū iuria ait ad iudeos qui sibi astabāt. **H**ono aio nos ēē oportet quib⁹ irat⁹ ē gay⁹: qz necesse ē adē diuinū ybi humanū cessat auxiliū. **H**ec quidem ioseph⁹.

18 lib. rār. 17

Appion

Phylō

¶ Quāta iudeis acciderūt grauiā pro temeritatē crucis ix. Ca. vi

Vixto libro de locutione sua

Pylatus

Cyberus
et gloria romana

Josephus et lib. iudaic. belli
cap. 3

Sed et idē philo in ipso libro quē de sua legatiōē cōscripta sit: sigillatim de oībus que a semetipso gesta sunt refert. Ex quibus illa cōmemorabo que legentibus evidenter in iudeos diuinā propiaculis queque aduersus crīstū ausi sunt iudicēt vlcione. Primo quidem tepe tyberij refert in vrbe romā fuisse ianū quēdā magni apud iperatore loci. vniuersam eoz gentē sumo nisu interimere voluisse. In iudea autē pylatū sub quo in saluatorē facinus admissum est. dū tēplū quod in iherosolimis tunc ad hoc manebat integra profanare teptaret: maximis eos perturbatio nibus agitauisse. Et protyberij occasū: gayū refert successore cīd cū ceteris quod plurimis. cū etiā iudeoz genti acerbissimum extuisse: quod presto est etiam ex ipsis scriptoris sermonibus discere. Multa quidem inquit erat in gayo ingenij prauitas qua erga omnes homines tamen precipue erga iudeoz gentem ferebat: et speciali quadam seuicia loca eorum que in diuinis habent supplicationibus. consecrata incipiens ab alexandria diripi: et contra religionē moremque gentis profanari iubet statuis suis et signis ea atque ymaginibus replens. Templum quoque sancte ciuitatis quod solum manebat totius prophane contagionis intactum et a maioribus. perdurauerat azilum cōmutare in templum propri nominis ausus est: vt edes iouis nobilissimi noui dei galo vocaret. Sed et alias inumeras clades et ultra oēs tragicos lucus apud alexandriā iudeis irrogatas esse sub gayo in secūdo operis sui de virtutibus libro vir memoratus exequitur. Necnō et iosephus cōsona huic de pylati tepibus scribēs propiaculis saluatoris que vniuerse genti acciderint mala audi vt etiā ipse in sedo iudaici belli defleat libro. Ipse ergo ait. Qui missus ē in iudeā a tyberio procurator pylatus: noctu velatas in iherosolimam introferri ymagines cesaris iubet ac statui. Quod vbi

dies exortus est magnam perturbationem iudeorum populis
excitauit. stupentibus ac perturbatis ad nouam faciem rerum
Coniciebant namq; ex hoc q; spernerentur et cōcularent̄ iam
leges sue et omnia instituta maiorū: quibus nichil tale haberi
intra menia vrbis illius fas erat. **S**ed hoc solum est nimirum
in quo eos impie p̄fessionis sue velox vindicta dampnauit pro
eo q; scdm euangelij relationē ḡeū simul cōclamauit vniuersa *Johannes 17*
non habemus regem nisi cesarem. **T**ū deinde idem scriptor alia
quoq; in eos delatam cōmemorat vlcionem dicens. **P**ost hec
autem alia in eos incidit pturbatio: pro eo q; sacrum erarium
quod apud eos patria lingua corbanas appellatur contra fas i
v̄sus cōunes publici aqueductus progari viderent: qui a tre
centis stadiis deducebat. **P**ro quo nimia indignatione populū
cōmouebatur. **C**umq; adessz pylatus iherosolimis audent adire
ad eum et clamoribus fatigare. **A**t ille (preuiderat enim sedici
onem futuram) milites habitu plebeio obtectis armis multitu
dini miscuit: precepto eis dato uti ne gladiis n̄i sediciosos sed
fustibus vterentur. **V**bi tempus fuit signo eis de tribunali b
dato cedi p̄sterniq; ceperunt: nōnulli verberantium vulnerib
plurimi autem in fugam cōuersi proruunt p̄pria cōstipatione
peuli piere. **R**eliqui vero dispersi et suoz vulneribus deterriti
vim doloris silentio repressere. **M**ultas preterea clades in ihe
rosolimis eis obuenisse dum nouis semper rebus sediciosius stu
dent. idem scriptor exponit: ostendens q; ex admissi sacrilegij tē
pore ab eis sedicionū furor. nūq; bella mortelsq; cessarunt usq;
quo vltimum et exciale malum obsidionis temporibus vespa
shani eos inclusit.

O pylatus seipsum morte dampnauerit. **C**a. vii.

Igitur iudeos pro cōmiso scelere vlcio diuina dāpnauit.
Sed et pylatus qui in saluatorē iniqui iudicis officio

*Judei ob calumna et tormenta
Caro Mata dampnatur vltio.
me omnia*

Notandum male utrūq[ue] finis
fundus est h[ic]dem temporibus gañ tantis ac talibus malorū
cladibus excruciatuſ est: vt ppri a ſe manu transuerberaſſe et
nefariam vitam vi abieciſſe referatur. Nec enim poterat tāti
piaculi mīſter i punit euadere: ſicut i hystorijſ grecor[um] repim⁹
eoꝝ dūtaxat qui olympiad[as] ſcribunt: et annales rerū gestar[um]
libros ad posteritatis memoria cōdunt.

¶ De fame temporibus claudij. Capit. viii.

Uandus fuit p[ro]p[ter]e diu regno

Actus 11.

12

*S*ed enim gayo quatuor annis ne dū integris p[ri]cipatuſ
ministrato cladius imperator succedit. Sub quo fames
ſatis dira vniuersum orbem terre optimuit. Hoc tamen ita fu-
turum longe ante noſtri propheſe predixerant: ſicut in actibus
apostolor[um] refert agabum quēdam prophetam famem magnā
futuram ſub impatore claudio denunciatiſſe. Dey lucas qui hec
de agabo refert cōiungit etiam hoc: q[uod] p[ro] paulum et barnabā
fratres qui erāt antiochiae pro viribus suis vniu[er]ſiſeq[ue] ſump-
tum misericordia ſanctis habitantibus iherosolimam. Et post hec
addit dicens. In illo autem tempore. ſine dubio tempus quod
ſub cladio ſuit cū fames erat deſignans: imisit inquit herodes
rex manus vt affligeret aliquos de ecclesia: et interfecit iaco-
bum fratrem iohannis gladio.

¶ De martirio iacobi apostoli. Capit. ix.

M. m.
DE hoc autem iacobo clemēs alexādrinus etiam hystoria
quandam dignam memoria in ſeptimo dispositionum ſu-
arum libro ſcribit: platam ad ſe vſq[ue] ex traditione maiorum.
Qmquidem inquit et is qui obtulerat eū iudici ad martirium
iacobū. s. mot⁹ etiā ipſe cōfelliſſus eſt ſe ēē cristianū. Dudi ſunt
inquit abo piter ad ſuppliciū. Et cū ducerent: in via rogauit
iacobū dari ſibi ſmissionē. At ille pax p[ro] deliberāſ. pax tibi iqt
et oſculaſ eū. Et ita abo capite plexi ſunt. H[ic] tūc iqt vt ait

scriptura diuina videns herodes quia de iacobi nece gratū esset ^{12 cap 5 art 9}
iudeis: addit ad huc et petrum cōiecit in carcerem sine dubio
etiam ipsum punire volens: nisi diuinū affuisset auxilium quo
angelus ei noctu assistens. mirabiliter eum vinculorum nexib⁹
soluit: ad ministerium predicationis ire liberum iussit. Et cum
petro quidem hec gestasunt.

**¶ Qd herodes apostolos persecutus diuinam
cōtinuo vindictam senserit. Capitulum. x.**

Regis vero facinus in apostolos ppetratum dilationem ^{Vito Iunia ex art 10 vnde sigillū}
non patitur vlcionis: sed continuo vindicta dicitur ^{12 + 12}
dextera: sicut hystoria in apostolorum actibus conscripta nos
edocet. Cum inquit cesaream descendisset herodes et in die sol
lempni preclara ueste regia induitus pro tribunali consedisset
ac de sublimi cōcionaretur ad populum: cūqz populus ei clama
ret dei voces et non hominis: statim inquit peccavit eum angel⁹
dei eo q̄ non dederat gloriā deo: et scatens vermis expirauit
Miraculo autem dignum est tantam cōsonantiam diuinarum
scripturarum cum hystoriographo gentis illi⁹ deprehendi. Ipse
enim iosephus de eisdem cōmorans nonodecimo libro antiqui
tatum: hijs quibus infra scriptū est hec sermonibus refert. Ter
cium inquit annum imperij totius iudee herodes impleuerat: cū
forte cesareamque prius pygrus stratonis vocabatur aduenit
Dbi cum in honorem cesaris spectacula ciuib⁹ ederet votiuo
vt videbatur salutis cesaris die: cūqz illo totius pūncie viri
honoře et facultatibus prediti cōuenissent: secundo spectaculo
rum die induitus ueste fulgenti ex auro argentoqz mirabiliter
cōtexta. incipiente die procedit ad theatrum. Dbi cum primos
solis radios argēte vestis gremio suscepissz. repcuso splendore
duplicatam spēctantibus luce fulgoz metalli vibrantis effudit.

ut intuentib⁹ p̄stringeret acie terror⁹ aspect⁹: et p hoc plus ali
quid de eo q̄ humane nature ē artifex arrogātia mentiretur.
Illico adulantis vulgi cōcrepitāt̄ voces: honorē sonātes sed ex
iciū ferētes. **E**t hinc atq; illinc caueis cōclamātib⁹ dēcōpellat̄
vtq; fieret ppici⁹ suppliciter exorat̄: dicentib⁹ populis q̄ nunc
vlsq; in hoēm te timuim⁹ sed ex hoc iā supra humanā te esse na
turā fatemur. **R**ex acclamationē cōtra fas habitā non rep̄ssit
nec ipietatē illicite adulatiōis exhorruit: donec r̄spiciēs paulo
p⁹ iminentem atq; subfistentem capiti suo videret angelū eūq;
sensit cōtinuo exich⁹ sui ministrum quem pri⁹ nouerat p̄uisorē
honorū. **E**t ecce repente cruciatus eum ex dolore incredibili
ventris atq; inflatione corripuit. Respiciensq; ad amicos. en
inquit ille ego deus vester. ecce propellor̄ cōfessim et deturbor̄
ex vita: quoniamquidem diuina virtus nuper collatas in me
falsas arguit voces: et qui mō imortalis esse dicebar a vobis.
preceps iāiamq; rapior̄ in mortē. **H**ed suscipienda est sentētia
quam deus statuit: nam et viximus ante contempnendi et lon
geuitatem que beata putabatur expleui⁹. **E**t cum hoc dixiss;
vi doloris vehementius exagitatus instanter ad palacium re
portatur. **C**umq; diuulgatum esset eum prope diem moriturū:
ingens multitudo totius etatis et sexus conueniens more pa
tria supra cilicia strati omnipotenti deo pro regis incolumitate
supplicabant. **O**mnis autem domus regia plancibus et gemi
tibus psonabat: cum interim rex ipse in excelso solario recubās
et deorsum respiciēs ac pnos pstratosq; oēs cū fletib⁹ puidens
ne ipse quidē t̄pabat a lacrimis. **V**ex cōtinuis quīq; dieb⁹ ven
tris dolorib⁹ excruciat⁹ vitā violēter abrupt⁹ quīquagesimū
et quartū etatis agēs ānū. regni vero septimū. **Q**uatuor etenī
sub gayo cesare ānis regnauerat philippi tetrarchiā trib⁹ ānis
optinēs. quartū aut̄ etiā regnū sibi adiungens: trib⁹ reliquis
ānis sub cladio cesare exactis. **C**ū i ceteris q̄ plurimis iosephū

tum in his tam integre diuine scripture concordare valde mi
ratus sum. Quod vero videtur in solo regis vocabulo variare
cum et tempore et actus et res eundem ostendant fuisse: possibile
sicut in alijs plurimis iudeorum nominibus inuenimus etiam
hunc dupli vocabulo nuncupatum: quoru altero lucas noster
alter usus sit iosephus.

De theoda qui de prauauerat populum. Ca. xi.

Terum quoniam rursum lucas in actibus apostolorum intro
ducit gamalielum cum de apostolis in iudeorum coeusu
de liberatio fieret hoc ipso in tempore dicentem. quia surrexit
theodas quidam dicens se esse magnum quemdam: qui destructus
est: et cines qui sequebantur eum dissoluti sunt: age de hoc
quid iosephus in hoc eodem libro scripsit pferamus. Fadus in
quit iudeam procurante deceptor quidam magus theodas nomine
persuadet populi multitudinem sublatiis propriis facultatibus
urbes excedere: et ripas iordanis flumis obsidere. Dicebat enim
se etiam prophetam esse: et posse verbi sui precepto fluuij flueta
dirimere et facilem sectatoribus suis fluminis transitum dare
Que tum diceret multos decepit. Fadus vero non in longum ve
cordie eius indulxit: sed emittit equitum turmam: que ex im
viso irruens super eos: plurimos quidem penit. multos autem
et viuos cepit. Ipsi autem theode caput de sectum iherosolimam
deportauit.

De helena regina adiabenorum. Capit. xii.

Post hec idem scriptor etiam de fame que sub claudio facta
est hoc modo memorat. Per idem tempus inquit: famae
magna obsederat etiam iudeam. Qua tempestate regina nomine
helena multis pecunias comparatum frumentum de egipto et ihe
rosolimam de latu: indigentibus ministrabat. Quid tam cōsonas

Nota recordantia Chrysostomi
Iosephi

Lit. II.

tamq; cōcordans q; sunt hec cū illis que in adib; apostolorū
scribuntur. vbi dicit. quia discipuli qui erant antiochiae qui
prout potuit unusquisq; miserunt ministerium sanctis habitā
tibus in iudea: pferendum per manus barnabe et pauli ac per
presbiteros dispensandū. Helene vero huius cuius hystoriogria
plus mentionem intulit etiam nunc axtat sepulchrum nobile
pro portis iherosolimorum. Regnasse autem apud agabenoz
gentem refertur.

De symone mago. Capitulum. xiiij.

Ad litteras ad Antolinum
Symonis deo
locutio

Intra cum fides domini et saluatoris nostri ihū cristi
per omnium cresceret mentes. et per dies singulos reli
gionis propagarent augmenta: nequaq; quiescit hostis salutis
humane: sed urbem maximam que est caput omnīū preuenit:
et symonem illuc de quo in superiorib; dixi nus euocat. **Cui**q;
nefarj;s artibus ad minicula ipse maiora suppeditā: plurimos
urbis illiū ciues in erroris e*vincula* cōiecit. **Designat** hec vir
in scriptoris nobilis: non multo post apostoloz tempus exortus
est iustinus de quo suis in locis que cōpetunt assignabimus
Hic igitur in apologetico quem pro fide nostra ad imperatore
anthoninum scribit: de bjs modo refert. **E**t post ascensionem
inquit domini ad celum insligant demones quosdam hominū
qui dicent se deos esse: quos nos sugauimus. **S**ymon de niq;
quidam samaritanus de vico qui dicitur guchō sub claudio ce
sare magicis artibus et cpe de monum subleuatus in urbe viā
que regnum omnium tenet q; plurimis per fantasias deceptis
deus decretus est. et simulachri apud vos quasi deus honore do
natus: in flumine tyberis inter duos pontes collocati: haben
tis etiam titulum latinis litteris scriptum: symoni deo sancto.
Quē oēs pene samaritani et nōnulli etiā ex ceteris gentib; tō
summū dēū et adorāt et cōfident. **H**z et selenē quandā erroris

eius ac deceptionis comitē que prius ī proslibulo s̄t̄erat ap̄
tyrū vrbē fenicis cum ipso: velut primā quandā mentē conse
crauerūt. **Hec** quidem iustin⁹. **Cōsona** vero huic etiā hyreneus
scribit ī primo aduersus heresēs libro: in quo vel quis ipse
fuerit symon vel q̄ impura eius opera atq; doctrīna plenius
refert que multū ē vt h̄js ī seram⁹: cū liceat volentib⁹ ea scire
per singula ex ipsis supradicti hyrenēi librīs vel de hoc vel de
ceteris autorib⁹ diuersarū heresēon: et de venenatis eoz dog
matib⁹ diligentius noscere. **Caput** igitur totius prauitatis et Symo invenit primū om̄
heresēs mūxip̄ ī mūndū
principiū omnis heresēs a symone cepisse accepim⁹: ex quo vſq;
in hodiernū sectatores ei⁹ simulantes adire se purissimā cristi
anoz philosophiā quā vident apud omnes pro castitate vite et
instituti sanctitate mirabilem superstitionis ydoloz quā deserere
videntur rursum vinculis īnectuntur: colentes ac venerantes
picturā et ymaginē symonis et illius quā ei sceleris ac turpitu
dīnis extitisse sociā dixim⁹ sylenē: h̄js incensos odores offerūt
Correctio h̄js sacrificia et libamina delibant: impura: sed et hōz adhuc
nequiora et execrabiliora cōmittunt. Niunt enim esse quedam
apud se ineffabilia: que cū primo quis audierit mēte excedat
et eoz quasi virtute pculsus velut attonitus maneat. **Et** vſq;
ad dementiā veniat. **Que** cum ita sint aiūt: impossibile esse vel
scripture ea tradi vel ore ac lab̄js proferri. **Hec** qui audit pro
veneratione ita se habere rem credit. porro autē vera illa hui⁹
modi sunt que p̄ ipuritate et obscenitate sui castis et pudicis
auribus execrabilia et penit⁹ horrescenda ducant. **Quitquid**
enim illud est turpe et impurū quod excogitari a quoq; potest
omni hoc impurius esse illud traditur. qđ inquinatissime hui⁹
heresēs mistice tectū apud se reseruari pollicentur archanū: in
felicib⁹ p̄ h̄ mulierculis et peccatis: vt ait apostolus oneratis
de testabiliter illudentes. **Dunc** igitur taliū malorum patrē
et autorē per idem tempus symonē ex apparitorū suorū numero

dyabolus suscitans ad urbem maximam ire cōpulit romanum.
ut ibi potentissimis athletis domini ac saluetoris nostri ihesu
christi apostolis in hoc ipsum ab eo subrogatis obfisteret. **D**ed ^{Motafidus}
diuina virtus et gratia in maximo precipuoqz certamine nūp
deserit suos. Que etiam incensam maligni flammā tota celeri
tate restringit: et omnem altitudinē destruit extollētem se ad
uersus sciām dei. **P**ropter qd neqz symō neqz aliqz q̄s cōgressus
tūc aduersum ap̄los dñi potuit optinere: quin veritatis lux et
verbi dñi claritas que ob salutē hominū nup effulserat p̄ ap̄loz
suos totidē mēdaciū discussa caligine de hūanis mētib⁹ ignorācie
*Simon Magus roentat p̄lern⁹
titus a Dno Petro Ap̄stolo*
tenebras effugaret. **D**eniqz supradict⁹ mag⁹ veri lumis fulgore
pulsus cecitatē cōtinuo male sane mētis incurrit: quippe qui iā
et pri⁹ in iudeā p̄ aplm petrū de h̄is que gerebat sceleribus cō
futat⁹, trās marinā aggressus ē fugā: et ab oriente ad occiden
tē usqz ptendit: nūp sibi vitā. nisi in fuge subsidio sperās. **I**s
igit̄ urbē romā ingressus vtēs adminiculo assistētis sibi et ad
herentis demonice virtutis quā paredrū vocāt. breui tpe in tm
malorū venit pfectū: vt etiā simulachri a ciuib⁹ romanis tāp
deus honore potiretur.

De predicatione petri apostoli apud romam. **C**apit. xiiij.

*Habes hor capo. synecdoche
dni Petri p̄gymon*
Sed non in longam permanet fraude quesita diuinitas <sup>Juxta illud.
tempore uero</sup>
Continuo namqz in ipsius claudij tēporibus clementia
divine p̄uidentie p̄batissimū oīm et maximum apostolor̄ fidēi
magnificēria et virtutū merito primoz principē petr⁹ ad urbē
romā velud aduersū generis humani coēm pniciē repugnatuz
deducit: ducē quēdā et mḡm milicie sue scientē diuina prelia
gerere et virtutū castra ductare. **I**ste aduenies ex orientis p̄tib⁹
vt celestis quidam negotiator marciōna diuini lumis si quis
scit cōpare patut aduexit: et saluatoris p̄dicationis verbo pri
mō iyrbe roma euāgelij sui clauib⁹ ianuā r̄gni celestis apuit,

De euāgeliō scđm in arcum et quesh admodum prim⁹
per egyptum cristi noticiam p̄dicauit. Capitulū. xv.

Titetur cum romane vrbi clarum diuīni verbi lumen fu-
isset exortum. symonis quidem tenebre cum suo autore
restricte sunt: sermo autem veritatis et lucis qui per petrum p̄
dicabatur vniuersorum mentes placido illustrabat affectu ita
ut cotidie audientibus eum nulla sacietas fieret. **Vnde** neq; au-
dicio eis sola suffecit: sed marcum discipulū eius omnibus pre-
cibus exorant: vti ea que ille verbo predicabat ad perpetuam
eorum cōmonitionem habendam scripture traderet. quo domi
forisq; in huiuscemodi verborum meditationibus pmanerent.
Nec prius ab obsecrando desistunt: qđ que orauerāt impetrārēt
Et hec fuit causa scribendi qđ scđm marcum dicitur euangeliū
Petrus vero vt per spiritū sanctū religioso se spoliatum cōpīt
furto delectatus est: fidem eorum per hec deuotionemq; cōsiderās
factamq; confirmavit. et imppetuum legendam scripturam ec-
cessis tradidit. **C**lemens in sexto dispositionum libro: hec ita
gesta esse describit. **C**ui simile dat testimonium etiam iheropo-
litanus episcopus nomine papias: qui et hoc dicit qđ petr⁹ in
prima epistola sua quā de vrbe roma scribit meminerit marci
in qua tropice romā babiloniam nominavit cum dicit. salutat **R**oma **B**abilon **D**ura **st**
vos ea que in babilone est collecta ecclesia: et marcus filius
meus. **H**unc autem marcum tradunt primum ad egyptum per
rexisse atq; inibi euangelium qđ ipse cōscripserat predicasse et
ipsum primum ecclesiam apud alexandriam cōstituisse.

Qualia de abstinentiis apud egyptum filio scribit. Ca. xvi.

Tanta autem fertur multitudo virorum ac mulierum cre-
dentiū primo ingressu exēplo sobrietatis ei⁹ et cōtinētie

congregata: ut etiam cōuersatio eorū qui per ipsum crediderāt
et vita totius abstinentie ac frugi eorum sobriaqz cōiuia li-
borum memorie mandarent a viro disertissimo filone: quem
sermo tenet temporibus claudij īperatoris romā venisse: et pē-
trum apostolum vidisse. atqz eius adhesisse colloquīs verbum
dei predicatoris. **Q**s valde veri simile: quia et scripturam istam
quam diximus posterioribus tibz ab eo cōstat esse cōpositā
in qua euidentissime omnia īstituta ecclesie cōpleteatur: que et
tunc tradita sunt. et in hōdiernum seruantur a nobis. **S**ed et
abstinentiū vitas eorum dūtaxat qui nunc in ecclesiis vel mo-
nasterijs degunt: digessit ad liquidum. **V**nde plane manifestissi-
me proditur non solum sciens que vestra sunt sed et amplec-
tens: quippe qui diuinis laudibus extulit sui temporis aposto-
licos viros ex hebreorum quāsum intelliġi datur precipue ge-
nere credentes. **Q**uoniamquidem constat q̄ bñ qui sub aposto-
lis ex israheliticis credebāt iudaicis adhuc īstitutionibus et le-
gis obseruationibus inherebant. **H**ic igitur describens hec ī
libello quē de vita theoretica vel supplicum attitulauit nichil
omnino vel de proprio vel extrinsecō addidit: s̄ et primo oīm
ipsos viros cultores. et feminas cū ipsis ait cultrices appellari
Causam vero hui⁹ vocabuli vel ex eo ductam q̄ cōuenientiū
ad se animas tamq̄ rudes et agrestes excolerent: vel q̄ erga
dei cultum pura et integra cōscientia p̄durarent. **Q**uod nomen
sive ipse imposuit primus illis ex ipsorum actibus colligens:
sive vere in ūcjs ita appellabant qui scđm euangeliū riuebāt
anteq̄ cristianoꝝ appellatio p̄ omnē locū diffunderetur nichil
int̄ rest dūmō ex ipsis rebus nomē ad quos ptineat cōprobet
Dicit ergo primo oī. q̄ renūcent cūctis facultatib⁹ suis qui
se ad huiuscemōi phiam dederint: et bonis suis quib⁹ īter sunt
cedat. **T**ū deinde q̄ oēs etiā vite sollicitudines p̄cul abiciāt: et
extra urbē egressi ī ortulis vel exiguis quib⁹q̄ agellulis degāt

refugientes imparis propositi cōsortia et vīte dissimilis contubernia: scīētes impedimento esse hec arduum volentibus iter virtutis incēdere . Tali quippe ordine ealore fidei iūitati hīj qui primitus credebant vītā duxisse memorant̄ sicut euidenter in actibus apostolorum legimus scriptum: quia omnes qui credebant sub apostolis possessiones suas et predia vēdentes p̄cipia ponebant ante pedes apostolorū: et diuidebatur vnicuiq; p̄t cuiq; opus erat. ita vt nō esset quisq; in eis e gens. Quia ergo et hic similia scribit geri ab hījs qui apud alexandriam credebant sicut illi qui in iherosolimis ante crediderant: certum est q̄ idem ad eū eadem institutio eandem sine dubio et religionis fidem designent. Deniq; libro ipsi de quo supra dixim⁹. tale iniciū dedit. In multis est inquit orbis terre partibus: hoc genus hominum. Oportebat namq; p̄feci huius boni participem fieri omnem greciam omnemq; barbariam. In egypto tamen maior est copia per singula queq; territoria: precipue autē circa alexandriam. Nam optimus quisq; ex omnibus locis velut ad vbe ris patrie glebam festinus accurrit colonus. Regio quedam ē philosophie magisq; frugibus oportuna: supra lacum cui mare nomen est sita: colliculis quibusdā molliter et clemēter erecta ad munimentum simul atq; aeris tempiem cōmoda. Post hec descriptis eorum habitaculis. vt se habeat singulorū qualitas et situs: etiam de ecclesiis que apud eos sunt ita dicit. Est aut inquit in singulis locis consecrata orationi domus: que appellatur sennion vel monasterium. Sennion autem in nostra lingua significare potest honestorū cōuenticulum. In quo secedentes inquit honeste et caste vite misteria celebrāt. nichil illuc p̄sus qđ ad cibū potumq; p̄tinet inferentes vel ad reliqua humani corporis ministeria: sed legis tātum libros et volumina propheetarum ymponos quoq; in deum ceteraq; hījs similia: in quorum disciplinis atq; exercīcijs instituti ad p̄fectam beatamq; vitam

studij iugibus coalescunt. Et post aliquanta iterū dicit. Ab
ortu autem dici usq; ad vesperam omne eius spaciū in studioꝝ
exercicijs ducitur quibus ad diuinā phīam per sacras litteras
imbuuntur: patrū leges in allegorīā intelligentiā deducentes
quoniāquidem formas esse et ymagines ea que ī legis littera
scripta sunt opinant latentes intrinsecus profundī cuiusdam
diuinis misterij. Habent autē etiā disputationes quasdam et
interpretationes veterū viroꝝ qui et autores ipsius heresos ex-
titerunt quos eis allegorice et figuralis intelligentie normam
ꝝplurimis scriptorꝝ suorꝝ constat tradidisse monumētis: quoꝝ
illi velut itineris sui ductorem et auctorem instituta pariter
sequūtur et morem. Nec autem dixisse hunc virum certum est
de euāgelicis atq; apostolicis libris: in quibus quō lex et pro-
per idem tempus non solum apud iudeos p̄prios ciues: verum
etiam apud romanos habitum esse nobilissimum ita ut litteraz

merito in vrbe roma statua donaret. et libri eius bibliothece
tradarent. **C**onscriptis namque antiquitatu historiam in viginti
libris belli vero iudaici cum romanis habitu*historiā* septem
voluminibus comprehendit: quam non solum greca facundia.
verū et patrio idest hebreo sermone suis etiam ciuibus se edi
disse confirmat. dignus cui pre ceteris omnibus debeat credi.
Sed et alia eiusdem viri extat de iudeorum vetustate duoyolu
mina: in quibus contradicere opinioni cuidam gramaticovideſt
qui illis tēporibus aduersum iudeos scripſerat et ad alios quos
dam qui morem gentis indeorū atque instituta lacerauerant. **I**n
primo ergo ex hijs duobus libro: que volumina apud hebreos
in auctoritate habeant scđm maiorz tradicionē per hec edocet.

¶ Quod iosephus diuinarum meminerit scripturaz. Capit. x.

In quod igitur inumerā inquit apud nos habentur volūia
inter se inuicem discordantia: sed duo tantum et viginti
sunt libri qui oīm tpm seriem cōtinent: qui et iuste creduntur
diuinitus inspirati. Ex quibus quinque sunt mōysi cōtingentes le
ges vite et successiois humane prosapiam versque ad ipsius moy
sei terminum protendentem: qui paulominus ad tria milia annorū
cōtingentiam gerunt. **A**n morte vero moysei versque ad artaxerſen
qui post xerſen regnauit apud persas. que gesta sunt prophete
quique per ea tēpora tredecim volūibus conscripſerunt. **R**eliqui
vero quatuor libri ympnos in deum et vite instituta ac monita
mortali bus tradunt. **A**b artaxerſe vero versque ad nostrum tempus
scripta sunt quidem omnia: fide tamen nō eadem que primis ha
bebatur digna. dicuntur pro eo que ita non extiterit prophetarum
iugis et explorata successio. **R**ebus igitur ipsis cōstat: que vene
rabiliter nos vtamur. scripturis nostris. **N**ā cum tot secula iter
cesserint neque addere quis ympe neque auferre aut permutare

quid ausus est: sed omnib⁹ gentis nostre hominibus insita hec
quodāmodo atq; ingenita fides est credere hec dei esse consulta
et h̄js iugiter inherere ac p ipsis si ita res poposceret libenter
et animam ponere. **S**it etiam hec pars h̄istoriographi h̄js in
locis: a nobis vt arbitror non incōuenienter īserta. **E**st adhuc
et aliud eius elegans satis volumine: q̄ camin⁹ sit qui impiū
teneat in nobis. **Q**uem libellum quidam machabeoꝝ attulā
uerunt: pro eo q̄ certamina īibi et agones pro pietate a ma
chabeis fratribus desudatos cōtineat. **H**ed et in fine vicesimi
antiquitatum libri significat idem ipse proposuisse se quatuor
voluminib⁹ cōprehensurum sc̄m fidem et religionem patrie de
deo et substantia eius ac legibus: et cur quedā apud eos liceāt
quedam vero non liceant. **H**ed et alia nonnulla opuscula a se
dicit esse composita. In fine etiam supradicti vicesimi libri an
tiquitatum: iuslum quēdām ex tyberiade qui conatus sit hoc
idem opus quod ipse explicuerat aggredi arguit falsitatis per
hec verba. **H**ed non ego te imitatus sum in h̄js que cō
scripsoram. Ipsis etenim impatoribus obtuli libros meos cum
adhuc ipsa que gesta sunt pene in oculis haberent: quippe qui
cōscius michi essem seruate in omnib⁹ veritatis: nec me de eoꝝ
testimonio fecellit opinio. **H**ed et alijs pluribus obtuli quorū
multi etiam ipsis interfuerē bellis: sicut agrippa rex et nōnulli
eius propinqui. **E**t imperator quidem tytus in tantum pbauit
ex istis debere libris ad omnes homines rerum gestarꝝ noticiā
peruenire: vt manu sua subscriberet publice ab omnibus eos
legi debere. **R**ex vero agrippa sexaginta et duabus epistolis de
operis nostri veritate testatus est: ex quibus et duas īserui.
Hed de h̄js satis dictū: nunc ad narrationis nře seriē redam⁹.

¶. Qd post iacobum symeon iherosolimorum
rexit ecclesiam. ¶. Capitulum. xi.

Post martirium iacobi et continue consecutum ciuitatis
excidiū: traditur apostolos ceterosq; dñi discipulos qui
ad illud tempus reliqui erant in vnum e locis conuenisse. simul
cum hjs qui p̄pinqui scđm carnem domini dicebant. plurimi
namq; ex hjs per illud tempus superant et habuisse ī cōmune
cōsilium quem oportet dignum successione iacobi iudicari.
Omnesq; uno cōsilio atq; uno cōsensu symeonem cleophe filiū
decreuisse: cuius mentio in euangelio facta est: vt episcopatus
scđm susciperet. Consobrinus hjs scđm carnem saluatoris fu-
isse dicebatur: quia cleopham fratrem fuisse ioseph egesipus
testatus est.

R. Qd vespasianus successionem dauid iussit
inquiri et de successionib⁹ pontificū. **Ca. xii**

Per idem tempus vespasianus post excidia iherosolimōꝝ
omnes si qui forte ex familia dauid superfluerent apud
iudeos, velut regalis psapie viros perquiri iubet: vnde etiam
pro hac causa grauissima iudeis persecutio exorta est. Sed ves-
pasiano decēnrio principatu ministrato: titus filius in imperio
succedit. Cuius scđo regni anno linū duodecim annis ī sacer-
dotio trāsacris vrbis rome episcopatū tradidisse anacleto ferūt
Sed tytus non amplius quam duobus annis totidemq; mense-
bus principatu romani apicis ministraro: domiciano fratri sum-
mam rez relinquit. Quarto igitur anno domiciani apud alex-
andriā anianus viginti et duobus ānis ministrato sacerdocio
defunctus est. In cuius locum secund succedit abilius. In vrbe
vero rome duodecim anacletus annis ī episcopatū exadiſ: sa-
cerdotij scđm clementi tradidit. quem adiutorem suum pau-
lus apostolns philippensibus scribens designat dicens. Cum
clemente et ceteris adiutoribus meis quorum nomina sunt ī
libro vite.

¶ De epistola clementis et crudelitate domiciani principis. Ca. xij.

Duis clementis epistola habetur ad chorinthios scripta
precipua plane et valde mirabilis quam velut ex persona
romane ecclesie dictauit: cum dissensio apud chorinthios fuisset
exorta. Quam epistolam in plurimis ecclesiis publice legi: et
veterum et nostris etiam temporibus constat. Verum de sedici
one facta apud chorinthios et dissensione plebis testis valde
fidelis egesippus idicat hoc modo dicens. Multa et erga mul
tos crudelitate domiciani exercitata. plurimisq; in urbe roma
nobilibus et illustribus viris nullo iure nullaq; ratione truci
datis inumeris etiam in exilium trusis. et bonorum direptione
multatis: ad ultimum neroniane theomathie et impietatis suc
cessor efficitur. Secundus hic quippe ab illo psecutionem molitur
in nostros: cum utiq; pater suus vespasianus nichil prorsus
nostris irrigauerit iniurie.

¶ De iohanne apostolo et reuelatione eius. Ca. xij.

Quo in tempore apostolus et euangelista iohannes ob pre
dicationem verbi diuini et testimonium veritatis: in ins
ulam pathmos traditur alligatus. Deniq; hyrene scribens de
copoto nominis antieristi quod continetur in reuelatione que di
citur iohannis. quinto aduersus hereses libro: hec de hoc ipso
iohanne commemorat. Qd si oporteret inquit aptius in hoc tpe
de isto nomine predicari: a quo magis potuerat aperiri nisi ab
eo qui ipsam reuelationem vidit. Neq; enim multum tempis est
q; reuelata est: sed pene nostra etate. In fine eni principatus
domiciani exorta est. In tantu vero per idem tempus fidei nrre
institutio florebat: vt etiam nonnulli alieni a religione nostra
scriptores hystorias suaz tradiderint monumentis vel de perse
cutiōibus illius tpis. vel etiam de martirij. Qui etia diligenter

explorato tpe designant quinto decimo anno domiciani principis
cum alijs plurimis ab eo etiā flauia domitillam sororis filiam
flauij clementis vnius tunc ex cōsularibus viri: ob testimoniu
qđ cristo perhibebat in insulam pontiani nomine deportatam.

Qo dōmicianus posteritatē dauid iussit occidi. **Ca. xv.**

a **D**ud ipsum vero dōmicianū cum iussisset omnes perimi
qui de genere dauid et regia stirpe de scenderant: vetus
tradicio tenet: qđ delati sunt quidam quasi essent de posteritate
iude quē fratrem fuisse saluatoris scđm carnē tradunt. Quiqz
duplici vrgebant iuidia velut qui ex dauid genere et ex ipsi
cristi propinquitate descenderant. Que egesippus p ordinem
hīs verbis refert. Adhuc autē viuebat qđā de carnali genere
domini nostri nepotes iude: eius qui scđm carnē frater domini
dicebatur. Quos quidam detulerunt tāq ex dauid stirpe veni
entes. Nos reuocatus quidam nomine qui in hoc missus fuerat
perducit ad dōmicianum cesarem. Et ipse enī formidabat de
aduentu cristī: sicut in inicio herodes. Interrogati ergo a domi
ciano si essent ex familia dauid: cōfessi sunt. Tunc quesuit ab
eis qđtis possessionibus vel qđtis essent facultatibus pditi. At
illi responderunt. qđ vterqz non aplius essent in bonis qđ nouē
milibus denarijs: ex quibus singulis ps media pporcione debe
retur. Nec hec sibi ni pecunia subsistere s̄ in estimatione terre
que eis esset in quadraginta minus uno iugeribus constituta
quam suis manibus excolentes vel ipsi alerent vel tributa de
penderent. Simul et testes ruralis et diurni opis manū labore
rigidas et callis obduratas preferebant. Interrogati vero de
cristo quale sit regnum eius vel quis ipse aut vnde aut qñ ven
turus. Responderunt qđ non huius mundi regnum neqz huius
terre ei designet impium, sed quia celeste ei reguum p angeloz

ministeria in consummatione seculi preparetur: quando scilicet aduentans in gloria de viuis ac mortuis iudicabit: et restituet vnicuique pro factis ac meritis suis. Ad hec domitianus cum neque in eis quidquam criminis inueniret. et utilitatem eorum quam maxime contempneret: abire eos liberos iubet. Sed et persecutio nem quam aduersus ecclesias agitari iussert datis rursum compescit edidit. Illi vero dissi ab eo vel martirij merito vel tate impunitatis prerogativa. pacis iam tempore duces ecclesie effecti: usque ad traiani tempora permanecerunt. Nec quidem egensis. Sed et tertiullianus de domitiano similia refert dicens. Temptauit aliquis domitianus simile aliquid porcio neronis de crudelitate: sed quasi hocito destituit: ita ut etiam eos quos in exiliu miserat reuocaret. Domitianus vero quindecim annis ipso potitu nera suscepit principatum. Sub quo omnes quidem honorum tituli que in domitianum collati fuerant detrahuntur: reuocari autem quicunque ab eo in exilium trusi sunt. ac recipe facultates ex senatus consilio subveniunt. De quibus singulis testimonium exhibent: qui gesta illos tempore conscripserunt. Tunc igitur etiam apostolum iohannem post ab solutionem insule ephesum quasi ad scolam propriam redisse nostrorum scriptores declarant.

¶ De successionibus pontificum. Capit. xvi.

Dicitur vero post annum plus minus defuncto: traianus succedit in imperium. Cuius primo principatus anno: abilius apud alexandriam tredecim annis sacerdotio ministrato diem obiit. Cui succedit cerdo tercius in sacerdotium. Qua tempestate in urbe roma clemens quem tercium post paulum et petrum pontificatum tenebat. Hoc et apud antiochiam: euodius primus fuerat et secundus ignatius. Ihero olimus quem symeon secundus post iacobum fratrem domini huiusdem temporis gubernabat ecclesias.

¶ De iohanne apostolo. Capitulum. xvij.

In hijs supstes adhuc apud asiam demorabatur ipse ille
quem amabat dominus ihesus. apostolus simul atq; euā
gelista iohannes. ecclesiaꝝ que inibi erant gubernacula gerēs
post domiciani vt diximus obitum regressus ex insula. **Quod**
quia ita se habeat: duobus fidelissimis testibus approbabō.
Hyreneus et clemens alexandrin⁹ huic veritati astipulantur.
Hyrene⁹ in secundo aduersus hereses libro: hoc modo scribēs
Et omnes inquit presbiteri testes sunt qui in asia discipulum
domini iohannem viderunt. et sciunt hec tradidisse iohannem
qui et pmansit apud eos vscq; ad tempora traiani. Itē in tertio
eiusdem opis libro: idem scriptor de eisdem ita testatur. Ecclesia
inquit que est apud ephesum a paulo quidem fundata est: a io
banne vero edificata: qui pmansit in ea vscq; ad tēpora traiani
Habes hunc testem fidem: de apostoli temporib⁹ cōtestantem
Accepit quid etiam clemens cuius piter pmisimus testimoniu
dicat. hystoriam quandam pernecessariam simul texens: quam
nos quoq; si inferamus. vtilem fore legentibus credimus.
Scribit ergo hec.

Narratio de beato iohanne.

Audi inquit fabulam non fabulam. sed rem gestam de io
banne apostolo. et memorij omnium traditā. Cum post tyrāni
obitum de pathmos insula ephesum rediret: rogabat etiam vi
cinas illustrare puincias: quo vel ecclesias fundaret in quibus
non erant locis vel in quibus erant sacerdotes ac ministos in
strueret: scdm q; ei de unoquoq; spiritu sanct⁹ indicasset. Cum
igitur venisset ad quandam urbē haut longe positā omnibus
ecclesiasticis sollempniter adimpletis: videt iuuenem quendā
validum corpore et vultu elegantem sed et animis acre nimis
Respiciensq; ad episcopū qui nuper fuerat ordinatus: hunc in
quit tibi summo studio cōmendo sub testimonio cristi et toti⁹
ecclēsie. Tunc ille suscipiens iuuenem: omnem se adhibitum
sicut precipiebat diligentia pollicetur. **S**ed iterum atq; iterum

eadem sepius repetens: iuuenem cōmendabat attentius. **E**t p̄
hec ephesum redit. **T**um vero pres biter ī domū suā adolescētē
suscepit cōmendatum. **E**t cū omni diligentia enutrit amplectē-
souet: ad vltimum etiam baptismi gratiam tradit. **P**ost hec iā
velut cōfidens gratie qua fuerat cōmunitus: paulo ī dulgentius
habere iuuenem cepit. **S**ed ille vbi in matura libertate potis
est: cōtinuo per equeuos quib⁹ luxus et desidia cordi est amare
vicia et corrupte vite incedere tramitatem p̄docetur. **E**t primo
quidem cōuiuioꝝ illecebris decipitur inde nocturnis eum furtis
socium sibi participemq; consiscunt: post hec etiam ad maiora
flagicia p̄trahunt: cū intera sensus iuuenis formabatur et insi-
tuebatur ad scelera. et qui esset acer ingenio sicut equus infre-
nis et validus duris morsibus obfirmatus recti itineris linea
derelinquens rectore contempto rapido cursu totus fertur in p̄
ceps. ita succendentibus sibi malis vt despationem quoq; a deo
sibi prestite salutis acciperet. **D**e dignatur iam de paruis scele-
ribus cogitare: grandia queq; molit et ex integro perditioni
se tradens nulli inferiori esse in flagicj patitur. **D**eniq; illos
ip̄os qui prius magistri criminum fuerant discipulos facit et
latronum ex h̄is turmam quibus ipse dux et princeps violen-
tus preessel instituit et cum h̄is omnium crudelitate grassatur.
Verum tempore elapso cum rei ita poposcisset utilitas. inuita-
tur iterum ad illam urbem iohannes. **E**t cum cetera quorum
gratia venerat ordinasset age inquit episcope depositum repre-
senta: quod ego tibi plane et cr̄stus commendauimus ecclesia
teste quam regis. **A**t ille obstupuit primo: pecuniam putans a
se reposci quam non acceperat. **S**ed rursum considerabat nec
posse fallere iohannem: nec quod non dederat querere. **H**erebat
igitur stupens. **Q**uem iohannes herentem videns: iuuenem in-
quit illum repeto abs te et animam fratr̄is. **T**unc grauiter sus-
pirans senior et in lacrimas resolutus: ille autem mortuus est.

Quō inquit vel quali morte? **D**eo ait mortuus est quia pessim⁹ et flagiosus euasit: et ad ultimum iā latrociniū aggressus ē **D**eniqz nunc montem quandam cum multa latronū manu occu-
pauit. **Q**uibus auditis apostolus vestem cōtinuo qua erat in-
dutus scindit et cum ingenti gemitu feriens caput suum: bonū
te inquit custodem fratris anime dereliqui. **S**ed iā nunc michi
equus paretur et dux itineris. **E**t cōfestim ab ipsa ecclesia ab-
cedens: concitus pperabat. **C**ūqz peruenisset ad locum. attinet
ab hijs latronibus qui custodias obseruabant. **S**ed ille neqz
effugere neqz prorsus declinare vlg̃ nitens ingenti tantū voce
proclamabat: quia ad hocipsum veni. adducite michi principe
vestrum. **Q**ui cū veniret armat⁹. eminus agnito iohanne aplo
pudore actus in fugā vertitur. **I**lle equo post eum emisso cō-
festim insequitur fugientem: etiam etatis oblitus simul et cla-
mans. **Q**uid fugis o fili patrē tuum? **Q**uid fugis iermem senē?
Miser noli timere: habes adhuc spemvite. **E**go cristo rationē
reddo pro te. **C**erte et mortem pro te libenter excipiā sicut et
domin⁹ exceptit pro nobis: et p tua anima dabo animā meam
Sta tantū et crede michi. quia cristus me misit. **I**t ille audiēs
resticit: ac vultum de misit in terram. **P**ost hec arma proiecit.
Tum deinde tremefactus flebat amarissime. **E**t accendentis ad se
genibus senis prouoluit: gemitibus ac ylulatibus quibus po-
terat satissicies. **E**t vberimus lacrimaz suarū fontibus itez
baptizabatur: occultans solam dexteram suam. **A**postolus vero
iurisjurandi sacramento se ei a salvatore se impetratrū veniā
pollicens. simulqz genibus eius puolutus atqz ipsam dexteram
ex cuius cedis cōscieutia torquebatur tamqz iam per penitēciā
purgatam deosculans: ad ecclesiam reuocat. **E**t inde sinenter p
eo orationes pfundens. et cum ipso pariter ducens crebra ieiū-
nia: indulgentiam a deo quam ei pollicitus fuerat expetebat.
Sed et varijs sermonum consolationibus velut quibusdam

precantationib⁹: efferos et exterritos eius animos mitigabat.
Nec prius abslitit quam eum in omnibus emendatum etiam ecclesie preficeret: prebens per hoc magna exempla vere penitentie: et documentū ingens noue regenerationis: atq⁹ insignia quedam et trophea vīsibilis ī eo resurrectionis ostendens. **H**ec a clemente dicta non solum ad scientiam rerū sed ad vtilitatē legentium pfutura: hunc in nostris quoq⁹ libris teneāt locum.

De ordine euangeliorum. Capitulum. xviii.

AGe iam huī apostoli que sunt scripta que in auctoritate habeātur cum bīspariter explicemus. **E**st igitur primo euangeliū nominis ipsius: quod in omni orbe psonuit. **Q**uod autem post cetera tria euangelia: quarto a veteribus statutum est loco: hec ē ratio. **V**enerabiles et vīre deo digni apostoli cristi cum eēnt in oībus puritate vite et animi virtutibus clari. non magnipendebāt sermonis ornatū: quippe in quibus aīa erat diuinus ornata virtutibus simul et signorū gratia que eis a domino nostro ihesu cristo concessa fuerat cōfidentes. nō insuasorij humane sapientie verbis summam predicationi dominici collocabant: sed in ostensione spiritus et virute p quam mirabilibus cōsummatis. et verborum suoꝝ facta fide vniuerso orbi regni celoꝝ sci am tradiderunt: puiduentes plures libros condere. eo q̄ huiuscmodi p̄dicationis assertio non argumēto humani sermonis. sed astipulatione diuine virtutis indigeat. Deniq⁹ paulus qui inter omnes apostolos erudicior etiam in verbis videtur. et in sensibus p̄potens: non amplius q̄ puum eplāꝝ suāꝝ corp⁹ reliquit. Que vtīq⁹ in mensa cōtinerēt intra se atq⁹ inumerā sacramēta: utpote qui etiā vſq⁹ ad tertiu celū rapt⁹ q̄ gererent inspererat et in ipm q̄ deo dignum padisum adduct⁹ audierat ibi ieffabiliayerba et doctrinā q̄cūq⁹ illa ūbi

est siue corporeus siue incorporeus illius interim scole discipulorum effectus exceperat. Sed et reliqui domini ac saluatoris nostri discipuli non solum ex illis duodecim. sed et si qui extra hunc numerum de scola tamen domini et saluatoris nostri sermonem aliquem diuinis inspirati memorie reliquerunt: breue hunc et succinctum per omnia esse voluerunt. Igitur ex ipsis discipulis domini. matheus tantummodo et iohannes ad scribendos appulisse animum traditur: necessitate quadam in hoc ipsum prouocati. Mattheus enim primo hebreis predicauerat. Verum cum pararet trasire ad gentes. patria lingua scripturam cōposuit: et ea que predicauerat comprehensens dereliquit hijs ad memoriam a quib[us] p[ro]ficiiscebatur ut gentibus predicaret. Post hunc luce et marci scriptura euangelica secundum eas causas quas superius diximus editur. Iohannem vero tradutus usque ad ultimum pene vite sue tempus absque ullius scripture indicij euangeliū predicasse. Et cum horum trium euangeliorum etiam ad ipsum noticia puerissim passus quidem dicitur fidem et veritatem dictorum. De esse tamen vidit aliqua. et ea maxime que primo predicationis siue tempe domininus egesserat. Certum est enim quod in superioribus tribus euangelij hec videntur sola contineri: quod in eo gesta sunt anno quo iohannes baptista vel inclusus est in carcere vel punitus. Denique si obseruos statim in initio narrationis postea quod refert matheus de quadraginta diebus ieunio: et de temptatione eius continuo subicit dicens. Audiens autem quia iohannes traditus est: discessit de iudea et venit in galileam. Sed et marcus similiter. postea inquit quod traditus est iohannes venit ihesus in galileam. Lucas vero etiam priusquam incipiat aut quid de actibus referre ihesu: dicit quia adiecit herodes super omnia mala que gesserat et conclusit iohannem in carcerem. Quia inquit ab hijs hec videbantur omissa: rogatus dicitur iohannes ap[osto]ls ut ea que perierant priorum ante traditionem iohannis saluatoris gesta

conscriberet. **E**t ideo dicit in evangelio suo: hoc fecit inicium signorum ihesus. **E**t iterum in alio loco indicat dicens.. **N**on dum enim iohannes erat missus in carcerem. **E**x quibus constat: q̄ ea que antequam iohannes tradiceretur ab ihesu fuerant gesta describit. **E**t ideo si quis hec diligentius consideret. evidenter inueniet non sibi euangelia dissonare: sed alterius temporis gesta esse que scribit iohannes alterius vero que ceteri. **V**nde quia nativitatem scđm carnem saluatoris. vel matheus. vel lucas descriperant reticuit hec iohannes: et a theologia. atq; ab ipsa eius diuinitate sumit exordium: que pars sine dubio ip̄i velut eximio per spiritum sanctum reseruata est. **H**ec etiam de iohannis euangelio dicta sint. **D**e marci vero euangelio sufficienter supra comprehensum est. **L**ucas autem in inicio euangeli sui causam cur scriberet indicauit: vi delicit quoniam multi alij temere presumperant enarrares quo sibi magis erant ad liquidum cōparte. **V**olens ergo noss abstrahere a ceterorum narrationibus fidem facit per se conscripte veritati. certus q̄ eam vel paulo exponente vel alijs apostolis qui ab inicio ip̄i viderant ac sibi tradiderant consecutus sit: et hanc nobis per proprium euangelium tradat. **H**ec a nobis etiam de luca breuiter dicta sint. **O**pportunius vero et plenius in tempore insertis h̄is que antiqui doctores scripta reliquerunt: vt se cuncta habeant indicabimus. **I**ohannis tam extant preterea et epistole: de quārum prima neq; ab antiquis vīm̄q; neq; a posteris dubitatum est. **D**e reliquis vero duabus. et de reuelatione eius etiam nunc aneps sententia habetur: de quib; vt dixi et a veteribus dubitatū suis in locis ipsorum vocibus approbabimus.

R. De diuinis et indubitatis scripturis. Capit. xix.

V T ergo quandoquidem in hos deuenimus locos omnem noui testameti canone designemus: primo omniū nobis euangelioꝝ celestis quadriga iungatur. H̄js actus apostoloꝝ cōpulent̄ post hos pauli epistole socientur. Consequenter vero has prima iohannis epistola similiter et petri p̄ia. H̄ec sunt de q̄bꝝ nulla vñqꝝ p̄sus extitit dubitatio.

De susceptis scripturis de q̄bꝝ tñ a nōnullis dubitatūe. Ca. xx.

S Equenti loco iam sunt illa de quibus a nōnullis dubitatum est. Reuelatio iohānis de qua qn̄d singuli veterꝝ senserint. suis ī locis ostendemus: er epistola iacobi. sed et iude petri q̄ secunda: et item iohannis secunda et tercia: siue huius ipsius euangeliste siue etiam alteriꝝ ei cognouim̄ ostendunt̄.

De scripturis apocribis. Capit. xxi.

P Ost hec etiā scriptura est que dicitur act⁹ apostoli pauli sed et libellus qui appellatur pastoris: et reuelatio petri de quibus ꝑ maxime dubitatur. Fertur etiam barnabe epistola et doctrina que dicit̄ apostoloꝝ. Quidam autem h̄js sociarūt etiam euangeliū qđ dicit̄ scđm hebreos: quo precipue vtunē illi hebrei qui cr̄stum suscipere vident̄: sed in ecclesia ei cōtra dicitur. Que omnia tamen a nobis necessario enumerata sunt: vt absqꝝ vlla ambiguitate claresceret que sint in veteri aucto ritate. et que sint in quibus vel contradic̄tio aliqua. vel etiam cunctatio cum tamen a ꝑ plurimis ecclesiis repperiant̄ soleat admitti.

De scripturis hereticorum. Capitulum. xxii.

S Ed et de illis sciend⁹ est que sub nomine apostolorū ab hereticis proferunt̄ velut petri et thome et mathie. et

mathie. et ceterorum similiter apostolorū que appellant euangelia. sed et andree et iohannis atq; aliorum actus apostolorū q; nūsū proorsus in scripturis veterum eorum dūtaxat qui apostolis successerunt aliqua mentio eoz aut cōmemoratio habetur. In quibus et ipse stilus multum ab ecclesiastica cōsuetudine deprehenditur esse diuersus. sensus quoq; ipse. et omnia que ī h̄js inseruntur longe ab apostolica dissonant fide: ex quo figura menta esse prauitatis heretice cōprobantur. N̄de ne inter illa quidem de quibus dubitari diximus collocanda sunt: sed vt alia penitus et a veritatis regula discrepācia ppellenda. Dēx ad hystorie ordinem redeamus.

De menandro mago et ceteroz hereticoz sectis. **C**apit. xxij.

Mitur symoni mago menander succedit scutum dyaboli non īferius: primo et ipse samarites genere. in arte autē magica solus reptus est qui non modo equipare. sed et super gredi īpietatem possit magistri. Maioribus quippe portentis efferebatur semetipsum saluatorem dicens: ad hominum salutē de celestibus et inuisibilibus seculis destinatum: asserens non aliter posse vnum quemq; angelos seculi vincere nisi prius a se met magice artis per ordinem susciperet disciplinam: et per baptismū a se datum īmortalis et eternus effectus in hac vita perpetuus fieret. Que omnia ex libris hyrenei volentib; scire pfacile est. Sed et iustinus in h̄js ipsis in quibus symonis fecerat mentionem: etiam de hoc talia scribit dices. Menandorū quendam samaritanum ex vico apparata symonis discipulum stimulis demonicis incitatum venisse antiochiam: et q; plurimos per artē magicā decepisse scim⁹. Qui hoc suadere potuit sectatorib; suis q; non essent morituri. Ex quib; et in hodiernū diē sunt aliqui ex illo eadem cōfitens: quod ē vere dyaboli cōmentum: vt homines magi cristianorum sibi nomen īponerent:

quo per hoc sanctum et venerabile religionis nře misteriū ma-
cularet. Qui tamen irrident ecclesiastica dogmata: vel de īmoz
talitate anime vel de resurrectione mortuoz. Verum h̄j talibus
freti autořibus: de spe salutis et vite penitus exciderunt. Sed
et alios idem demon quos ab amore cristi separare non poterat
alia nichilominus arte decepit: id ē ebioneos qui interpretant̄
paupes. Vere enim paupes sunt et egeni: in scīa glorie cristi.
Quāquidem solum eum hominem putant et per pſedum vite ac
virtutis vīz iustum effectum: cōmuni etiam nativitate ex viro
et semina pcreatū. Custodiendam vero sensent. etiam legis
obseruantiam. nec sufficere ad salutem solam cristi estimāt fidē
Quidam tamen ex ipsis refugiunt hanc ipietatem. vt ex viro
et semina asserant cum natum: sed cōfidentur de spiritusando et
maria virgine: nec tamen semper eum fuisse dūm et sapien-
tiā dei fatentur. Corporalem vero legis obseruantiam custo-
diunt. Apostoli autem pauli epistolas omnes piter respūunt
et ipsum apostamat legis appellant. Utuntur et euāgelio uno
quodā qđ scđm hebreos appellatur: cetera omnia nichili ducūt
Sabbata cum iudeis scđm legem. nobiscum dominicam diem
sacratam pro resurrectione domini obseruant: Onde cōpetens
ebioneos pro paupertate intelligentie appellati sunt. Idem tem-
poribus etiā alterius hereseos obortum principem cherintum
acepimus. De quo ḡpus cuius superiō fecimus mentionem ī
disputationum suarum dyalogo ita scribit. Sed et cherintus
inquit p reuelationes quasdam quas velut a magno apostolo
cōscriptas. et per angelos eis reuelatas putaret: talia quedam
portenta nobis introducit. Post resurrectionem terrenū dicit
futurū esse regnum cristi in iherusalem: et homines iterum in
carne iterū concupiscentijs et vicijs subiectam cōuersationem
habituros: cōtra fidēm quoqz scripturarum quosdam mille ānos
designat: in quibus multa quidem et alia corruptionis opera.

et nuptiarum festiuitates dicit futuras. ad eos qui libidini sunt dediti decipiendos. Sed et dyonisius cum de iohannis re uelatione differeret. et quedam scdm ea que antiquitus ecclesie tradita fuerant disputaret: mentionem facit huiusipius viri in hjs verbis. Cherintus inquit a quo et cherintiana heresis aborta est. segmentis suis auctoritatem magni nominis acquirere scdm scripture huius prauam intelligentiam gesti ebat. quippe cuius hec erat heres. vt affirmaret terrenum futurum esse cristi regnum. Et quia erat ventri et gule ac libidini datus. ea futura decernebat que sibi propria libido dictabat ventre et eorum que sub ventre sunt incitamenta cibis potibus. nuptijs predicabat explenda. Et vt aliquid sacratius dicere videretur. legales aiebat festiuitates rursum celebrandas: et hostias carnes iterum iugulandas. Hypreneus vero etiam secretiora ipsius heretici in primo operis sui libro publicauit: que inde discat si quis plenius scire vult. Sed et alia heres que appellatur nycolaitarum per paululum eo tempore tenuit: cuius etiam in reuelatione iohannis mentio facta est. Iste nycolaum unum ex illis qui cum illephano ab apostolis constituti sunt dyacones auctorem se habere iactabant. Sed clemens alexandrinus in tertio libro stromatum id est varie contextum. hoc de eo scribit. Pulchram inquit valde hic uxorem habuit. Et post ascensionem domini et saluatoris nostri. cum increparetur ab apostolis tamquam zeotipie iuria producam in medium uxorem suam. si quis eam vellet ducere permisit. Ex qua occasione isti consequens putauerunt ut secundum hoc factum vel dictum nicolai unusquisque carne sua in qua delectaret ab uteretur: et obtinentes dictum vel factum simpliciter et innocenter absqueulla reverentia promiscuos nunc et illiticos concubitus expetunt huius qui sub illius nomine sedam sibi proprie libidinis assumpserunt. Nichi autem compertum est:

nicolaū nullam prorosus agnōisse mulierem preter eam quam
in matrimonium acceperat Cuius etiam liberi. femine quidem
vſqz ad vltimam senectutem casta virginitate durarunt. filius
autem ipse etiam sanctitatem incorrupti corporis custodiuit.
Que cū ita se habeant. constat illud quod in medium apostolorū
pro zelotipie suspicione pduxit vxore ex cōtemptu viciū vel li-
bidinis gestum: quo per hec cōtinentem se ostenderet eius rei
quam nimie putabat expetere. contempnendam magisque expe-
tendam carnis edocens voluptatē: quoniamquidem nolebat vt oper
noz scdm̄ saluatoris preceptum duobus dñis seruire. libdini et
deo. **D**icūt autem etiam mathiam ita docuisse aduersus carnē
pugnandum . et in nullo prorosus voluptati eius ac libidini
concedendum : animam vero alendam sapientie pastibus : et
scientie cibis in maius semper agendam. **H**ec de illis heresibus
que temporibus memoratis a veritate declinates cito extincte
sunt: retulisse sufficiat.

De h̄is apostolis qui non sunt aspnati iura cōiugij. **Ca. xxiiij.**

Clemens sane hic cuius voces annotauimus. scribens
aduersus eos qui nuptias spnunt: inter cetera hec dicit
An et apostolos iprobāt. Petrus enim et philippus et uxores
habuerunt: et filias etiā viris nuptum dederunt. Sed et paulū
non teget apostolum in quadam epistola sua mentionem vel sa-
lutationem facere cōparis sue: quam se ideo negat circūducere
vt ad predicationem euangelij expeditor fieret. Verū quoniā
clementis fecimus mensionem. absurdū non erat aliam quoque
eius memorabilem narrationem pferre: quā in septimo eiusdē
operis libro ita inseruit. **N**iunt inquit beatum petrum cum
vidisset uxorem suā duci ad passionem. gauisum esse electiōis
gratia ac regressionis ad propriam domum: et exclamasse post

eam ac proprionomine cōpollantem dixisse. O cōiunx memēto
domini. Talia erant sanctorū cōiugia: tam perfecta fuit affeōio
beatorum.

De philippi et iohannis excessu
quietis loco. **C**apitulum. xxv.

Igitur quia de vita et exitu petri et pauli iam in superiori
bus explanauius. sed et tps iohannis quo vita excessit
ex parte iam diximus. nunc etiam de loco quietis eius scdm si
dem policarpi ephesii episcopi edocere cōuenies puto. **H**ic enī
policrates victori episcopo vrbis rome scribens. et ipsius et
philippi apostoli ac filiay eius piter meminit dicens sicut iam
superiō inseruimus: q̄ magna lumina in aſie partibus dormie
runt. que resuscitabat dominus in nouissimo die aduentus sui
cum venerit ī gloria sua. et requiret omnes sanctos suos. **D**ico
aut̄ de philippo inquit qui fuit vnuſ de apostolis qui dormiuit
apud iheropolim. **S**ed et due eius filie inibi virgines cōſenu
ere: et alia eius filia ſpiritu ſancto repleta pmansit apud ephes
sum. **E**t iohānes ille qui ſupra pectus domini recumbebat. qui
fuit ſacerdos domini pontificale petalum gestans et martir et
doctoz optimus: apud ephesum dormiuit. **H**ec etiam de locis in
quibus requiescunt in ſompno pacis: adieciſſe ſufficiat. **S**ed et
gaius cuius ante mentio facta eſt: in dyalogo ſuo quem cum p
culo diſputans ſcribit de filiabus philippi ſimule et obitu ipsius
conſonis vocibus memorat dices. **P**oſt hec autem prophetiſſe
quatuor fuerūt philippi filie: cuius ſepulchrū extat apud ihera
polim aſie vrbē vna cum filiabus suis. **D**e hīs autem et lucas
in actibus apostolorum meminit: cum adhuc apud cesaream de
gerent. **D**icit ergo ita. **V**enimus inquit cesaream et ingressi in
domū philippi euāgeliste q̄ erat ex ſepte mansim⁹ apud eū. **H**uic
aūe erāt virgines filie quatuor pphāntes. **H**īs igit̄ a nobis de

apostolorum tempibus vel excessibus prout potuimus ex scriptis
veterum congregatis. sed et de scripturarum canonne qui in au-
toritate habeantur libri vel qui penitus repudientur: qui vero
medij quodammodo ad instructionem solam ab ecclesiis non etiam
ad indubitatem auctoritatem recepti sint consequenter expo-
sitis: tendamus ad cetera.

TQuemadmodum symeon iherosolimorum episcopus passus sit. Ca. xxvi.

Dicitur neronem domini annis sub hoc cuius nunc tempora
memorauimus per singulas ciuitates ex insolentia populi
persecutionem in nosros accepimus motam. Quo in tempore
etiam symeon cleophe filius quem secundum iherosolimis ordinatum
episcopum supra edocuimus per martyrium carnis vinculis re-
solutus est. Hox astipulator ipse ille est egesippus: quem in plu-
ribus iam produximus testem. Is ergo refert quod a quibusdam be-
reticis accusatus sit supradictus vir tanquam cristianus: et in multis
suppliciis afflictus per multos dies: ita ut etiam iudex ipse cum
amicis suis de eius pecientia miraretur. et ad ultimum iuberet
simili eum quam dominus protulit passionem vitam finire. Sed et
ipsa verba quibus hec protestatur: audire gratius puto. Ait ergo
cum de hereticis diceret. Ex his igitur ipsis accusauerunt qui
dam symeonem cleophe filium: tanquam qui esset ex genere dauid
et cristianus: et ita martir effectus est cum esset anno centum
viginti sub traiano cesare apud acatum consularem. Addit autem
etiam hoc quod accusatores eius cum in illis temporibus perqui-
rereretur si qui ex genere dauid et ex regia tribu descenderent: con-
prehensi sunt inter ipsos. Quod autem symeon unus fuerit ex ipsis
auditoribus domini. vel longeuitas eius indicio est vel euage-
liorum fides ubi etiam mater eius maria cleophe uxor refertur.
Sed et alios quosdam idem scriptor refert preter eos de quibus
supradiximus nepotes iudei unius ex fratribus domini per ide-

tempus superstites inuentes et domiciani tempibus martyres factos: hoc modo scribens. **D**enuit igitur hij et presunt omni ecclesie tamquam martyres et propinqui domini: et redditam pace ecclesie permanerunt usque ad tempora traiani cesaris. usque quo cōsobrinus dñi symeon filius cleophe de q̄ supra diximus. calumpniā patet ab hereticis tāq̄ cristianos cōsulari delat. **C**ūq; multo tpe supplicijs fuiss; affect. martirio cōsummat; ē: oib; qui aderat et ipso iudite miratibus ut centum viginti annoꝝ senex crucis supplicium p̄tulisset.

De persecutionibus ecclesie et quē admodum traianus cristianos vetuerit inquire.

Capitulum. xxvij.

Post hec idem scriptor addit etiam hoc. q̄ usque ad illa temporavirgo munda et imaculata permanuit ecclesia. cōruptoribus veritatis et diuine verbī temeratoribus aut nūllo omnino axtantibus. aut etiam si qui forte fuerant in occūtis et abditis hyatibus terre delitescentibus. **V**t vero et apostolorum chorus et omnis illa etas etas que a domino suscepereat viue vocis auditum de hec luce discessit: tum velut inuacuam domum false doctrine īpius se error īmersit: et tamq; ubi nullū iam diuini cœsūs defensor existeret: nudato ut aiunt capite. corripeentes arma mendacij oppugnare apliceā veritatē nitunt. **S**ed istud bellū intrinsecus gerebat p̄secutionū vero extrinsecū pondū vrgebat ecciaz: et tā īmense caterue martyrum cotidie iugulabant ut plinius secundus q̄ tūc p̄sidatū administrabat multitudine interēptoz p̄mot. referret ad impatorē q̄ īnumera hoī milia cotidie obtrūcarent: in q̄bus nichil oīno sceleris dēphen deret admissum. aut aliquā cōtrariū romanis legibus gestū: solū q̄ ante lucanos ympnos cristo quidā canerent deo. **A**dulteria vero vel cetera huiusmōi crimia ap̄d eos et illicita h̄ri et penitū acerū: cetera vero scdm leges eos agē cōdes. **A**tz tūc traiand

rescripti sui auctoritate decerint: ut christiani non quidem requiri
rantur si qui tamen inciderint puniantur. Per quod ex parte
aliqua psecutionis sedatum putabatur incendium sed hys qui
nequiciam suam aduersum nos exercere cupiebant. ledendi oc-
casio non videbatur exempta. Interdum enim populus instiga-
batur interdum etiam iudex occasionib⁹ vtebatur: et negabat
quesitos quos punire voluisse oblatos. Hec tercullian⁹ in apo-
logetico suo dicit: ex quo possunt instrui plenus scire cupientes.

¶ De successionibus pontificum. Capitulum. xxvii.

Igitur in urbe roma tercius ab apostolis clemēs nouē
annis sacerdotio pfunct⁹. euanisto diuini verbi tradidit
ministerium. In iherosolimis vero symone de quo superi⁹ dix-
imus defuncto: iustus quidam ex hys qui de circucione ad fi-
dem cristi venerunt episcopatum suscepit. Quibus temporibus
apud asiam superat adhuc et florebat ex apostoloꝝ disciplulis
policarpus smirneorum ecclesie episcopus: et papias similiter
apud iherapolim sacerdotium gerens.

¶ De ignatio et epistolis eius. Capit. xxix.

Sed et in nostra quoꝝ tpa fame celebritate vulgatus
ignatius apud antiochiam post petrum secunda succes-
sione episcopatum sortitus: quem sermo tradidit de sirie ptib⁹
ad yrbe romam fasmisum et pro martirio cristi ad bestias
datum. Quicꝝ cum per asiam sub custodia nauigaret singulas
quasqꝝ digrediens ciuitates ecclesie populos euangelicis co-
hortationibus educebat i fide p̄sistere: et obseruare se ab here-
ticoꝝ cōtagiis qui tunc primum copiosi⁹ ceperant pulullare
et vt diligentius ac tenaci⁹ apostoloꝝ traditionibus inhereret

quas traditiones cautele gratia et nequid apud posteros rema-
neret incerti. etiam scriptas se asserit reliquisse. Deniqz cū smir-
nam venisset. vbi erat policarpus scribit inde vnam epistolam
ad ephesios eorumqz pastorem : in qua meminit et ouesinu.
Aliam quoqz scribit magnesie ciuitati que super menandrum
iacet: in qua et episcopi daminei mentionem facit. Sed et ec-
clesie que est dialis scribit : cuius principem tunc esse poli-
bium designauit. In ea vero quam ad romanam ecclasiam scri-
bit. deprecatur eos . ne se tamquam supplicjs suis parcentes
velint spe martirij priuare. Et hjs post aliquāta vtitur ver-
bis. **A**siria inquit vslqz romam cum bestijs terra mariqz depug-
no: die ac nocte connexus et colligatus decem leopardis mili-
tibus dico ad custodiam datis qui ex beneficijs nostris seui-
ores fiunt. Sed ego eorum nequicj magis eruditior: nec ta-
men in hoc iustificatus sum . O salutares bestias que michi
preparantur. Quando venient? Quando emittentur? Quando
eis frui licebit carnibus meis? Quas ego et opto acriores pa-
rari. et inuitabo ad deuorationem mei: et deprecabor ne forte
vt in nōnullis fecerunt timeant cōtingere corpus meum quin-
ymmo et si cunctabunt ego vim faciam ego me ingeram. Date
queso veniam ego noui quid expediat michi: nunc incipio eē
discipulus cristi: fatescat inuidia vel humani affectus vel ne
quicie specialis. vti ihesum cristum merear adipisci : ignes
cruces bestie displices ossium. discriptionesqz mēbrorum ac
totius corporis pene: et omnia in me vnum supplicia dyaboli
arte quesita conflentur dūmodo ihesum merear adipisci . Nec
et multa alia hjs similia ad diuersas ecclesias scribit. Sed et
ad policarpum velut apostolicum virum datis litteris: anthio-
chenam ei ecclasiam precipue cōmendat. Ad smirneos sane scri-
bens utiqz verbis quibusdā nescio vnde assumptis: quib⁹ hec
de salvatore psequit. Ego autem p̄ resurrectionē q̄ in carne

eum scio fuisse et credo. Nam et cum venisset ad petrum ceterosque
aerat eis. Accedite et videte: quia non sum demonium incorporeum
Qui et contingentes eum crediderunt. Sic autem et hyreneus
eius martirium: et mentionem facit scriptorum eius per hec verba
Sicut dixit inquit quidam ex nostris: qui pro martirio christi
dampnatus est ad bestias. Frumentum inquit ego sum dei: bestiarum
dentibus moloz et subigoz: ut panis mundus efficiar cristo. Hoc
poliearpus horum memoriam facit in epistola qua ad philippenses
scribit per hec verba. Deprecor inquit omnes vos obediencie
operam dare et meditari patientiam quam vidistis in ignatio et
ruso et zosimo beatis viris: precipue autem in paulo et ceteris
apostolis qui fuerunt apud nos: scientes quod huius omnes non in
vacuum sed per fidem et iusticiam cucurrerunt usquequo peruen
tirent ad locum sibi a domino preparatum: quemquidem passionum
christi particeps extiterunt: nec dilexerunt presens seculum: sed
eum solum qui pro ipsis et pro nobis mortuus est et resurrexit.
Et post pauca subiungit. Scripsisti michi et vos et ignatius
ut si quis vadit ad partes syrie deferat litteras ad vos: quod
faciam cum tempus inuenero: mittam uobis et ignacij epistolas
et alias si que sunt que ad nos transmisse sunt: ex quibus uti
litatem maximam capiat. Continent enim de fide et pacientia
instructionem perfectam: secundum domini preceptum. Hattenus de
ignatio. Post hunc rexit ecclesiam antiochene ciuitatis heras.

De his euangelistis qui eo tempore eminebant. **Capit. xxx.**

Inter eosdem sane floruit vir eque insignis quadratus:
qui una cum philippi filiabus in prophetica gratia celeber
rimus fuisse prohibetur. Sed et alii plurimi per idem tempus
apostolorum discipuli supstitutes erat: qui ecclesie fundamentis que
ab illis iacta fuerant dignissima de super fidei edificia construebant

augentes in omnibus predicationem verbi dei. et salutaria se
mina regni celorum per omnem terram latius disseminantes.
Denique nonnulli ex his ardente ore diuine phie cupiditate suc
cessi. animas suas verbo domini cosecrabant: expletos pfecti
onis salutare preceptum. ut facultates suas primo indigentibus
dividentes: expediti ad predicanu euagelium fierent. ut si qui
bus forte pueris nomen fidei esset incognitum predicarent.
Primaque apud eos fundamenta euangelij collocantes. atque elec
tis quibusque ex ipsis officium regedie ecclesie quam fundauerat
comittentes: ipsi rursum ad alias gentes aliasque prouincias p
perabant et euangelistarum fungebantur officio. **Q**uosque simi
liter ut in exordio apostolos diuinorum signorum comitabatur
effectus et spiritus sancti gratia ita ut videres una allocutione
integros simul populos ad cultum diuine religios adduci: et
predicantium verbis non esse tardiorum audientium fidem.
Verum quia impossibile est nobis singulos enumerare qui post
apostolorum primas successiones in ecclesiis que per orbem terre
sunt. vel principes vel euangeliste fuerint vel pastores. illas
tantummodo commemorasse sufficiat: quorum libris inserta ad nos
yisque fidei et predicationis monumenta venerunt: et clementis
et ignatij: ceterorumque quorum superius fecimus mensuram.

De epistola clementis alijque scriptis eius. **C**apit. xxxi.

Clemens tamen in epistola quadam corinthijs scribit
meminit epistole pauli ad hebreos. et utitur eius testi
monij. **V**nde constat quod apostolus tamquam hebreis mitten
dam patro eam sermone conscripsicerit. **E**t ut quidam tradunt
lucam euangelistam alij autem hunc ipsum clementem interp
tatum esse quod et magis vero est. quia et stilus ipse epistole clementis
cum ac concordat. et sensus nimisque veriusque scripture plurimam

similitudinem fertur. Dicitur tamen esse et alia clementis ep̄la
cuius nos noticiam non accepimus. Sed et alia eius op̄scula
non minima a nonnullis haberi perhibetur: velut petri et appi
monis disputatio: que in usu a veterib⁹ habita minime repe
rimus: qz nec pura in eis nec incorrupta apostolice fidei regula
pmansisse deprehenditur.

De libris papye. Capitulum. xxxiiij.

Parie quoq; feruntur libri quinq; qui attitulanter ver
borū dominicoꝝ explanatio. Horum facit et hyreneus
mentionem per hec verba. Hec autem et papias iohannis au
ditor. polycarpi vero cōdiscipulus et sodalis vir unus ex anti
quis ptestatur. in primo libro suo: quinq; enim volumina con
scripsit. Hec quidem hyrene⁹ de papia. Ipse vero de se ita idicat
tāq; qui non ab apostolis sed ab eoꝝ discipulis suscepit fidem
per hec verba. Non pigebit autem nos tibi omnia que quon
dam a presbiteris didicim⁹ et bene retinemus. recordantes ex
ponere cum interpretationibus suis: et vt se horum veritas ba
beat explicare. Nec enī multa dicentibus. sed vera tradentib⁹
auscultauimus: neq; h̄js qui hominū precepta. sed qui domini
mandata memorabant ab ipsa veritate suscepta. Qd si quando
aduenisset aliquis ex h̄js qui secuti sunt apostolos ab ipso se
dulo expiscabar: quid andreas quid petrus dixerit quid autē
philipp⁹ vel thomas: quid vero iacobus vel iohānes: aut quid
matheus vel aliis quis ex discipulis domini: que aristion vel
iohānes presbiter ceteriq; discipuli dicebant. Nec enim tantū
michi libroꝝ lectiones prodesse credebam. q̄tum viue vocis p
sentisq; magisterium. Sed michi dignum videtur intendere q
secundo nomine iohannis enumerat: et eum quidem cuius primo
meminit. petro et iacobo ac matheo ceterisq; apostolis sociat
quem sine dubio ipsum euangelistam esse et apostolum cōstat

Alium vero iohannem distinctione quadam facta extra aposto-
lorum numerum collocat: preferens ei aristionem quendam, et
evidenter eum presbiterum nominat: ut per hec comprehetur
verum esse illud, quod quidā asiāi scribunt: q̄d duosint apud
ephesum sepulchra etytrumq; iohannis appelletur. Quibus si
diligentius intendamus fortasse secundus hic erit iohannes
ille si non creditur primus: sub cuius nomine reuelatio habet
que appellatur iohannis. Sed et ipse hic de quo nobis sermo-
nēt papias apostolorum se verba ab hīs qui secuti eos fuerāt
aristione videlicet et iohanne presbitero asserit suscepisse. Unde
et frequenter nominatim in cōmentarijs suis: a iohāne et aris-
tione traditum sibi a singulis quibusq; cōmemorat. Reminit
sane idem ipse de quibusdam mirabilibus in opere suo: que pre-
tereunda minime sentio. Philippi enim euangeliste filias pro-
phetissas hoc sibi traxisse designans mortuum resurrexisse tē-
poribus suis dicit. Sed et de iusto qui cognominatus est bar-
tabas refert miraculum īgenis: qui a venenum liberit et nichil
ex hoc triste ptulerit propter domini fidem. Iustus autem ipse
est hic qui post saluatoris ascēsum a sanctis apostolis cum ma-
tria ad apostolatus sortem statutus est. sicut in actibus aposto-
lorum cōmemoratur. Dicē autem et alia plurima a maioribus
sibi tradita miracula: et nouas quasdam pabolas saluatoris. et
doctrinam incognitam. magisq; fabulosam. mille annos futuros
post resurrectionem: quibus corporaliter regnum cristi in hac
terra futurū sit. Sed ego puto eum spiritales et misticas aplōꝝ
traditiones corporaliter et scđm hām suscepisse: nec potuisse dis-
cernere ea q̄ illi in figuris velut lacētibꝫ et pūulis loquebant-
q; et reuera ex ipsis q̄ cōscripsit opusculis exigui sensus vir et
min⁹ capacis oñdit. Multis tñ p⁹ eccīasticis viris h̄ prebuit
cās erroris. audioritatē dogmatis tñ ex vetustate tribuēs: nō
etiā ex ratioꝝ dīctoꝝ. sicut hyreneo: et si quis ali⁹ eū in hac pte

visus ē sequi. **A**llia q̄ plurima supra mēorati aristōis refert tanq̄ ex verbis ei domini tradita et iohānes presbiteri. Que si quis vult pleniō noscere: ipsos eius relegat libellos. **N**os tñ illud assumemus ex h̄js: qđ de marco euangelista h̄js protulit verbis. **E**tiam hoc inquit p̄s biter narrabat qđ marc⁹ interpres fuerit petri: et quecūq̄ meminerit ab eo dicta cōscripserit non tamen per ordinem ea que a dño dicta sunt velfacta digesserit quia non ipse auditor domini fuerit vel sectator. sed nouissime ut dixi petro adhesit ad vsum ac ministerium predicandi. nō ad conscribendos domini sermones. Itaq̄ nichil peccauit marcus in eo qđ ita quedam scripsit quasi qui sparsim audita recordari videat: et hoc solū satis egit. ne quid ex auditis omittarē aut aliquid fassum scribebat. **H**ec de marco scribit papias. **S**ed et de matheo ita refert. **M**attheus quidē scripsit hebreo sermōe interpretatus est autem ea que scripsit unusquisq; sicut potuit **H**ec etiam de matheo. Utitur sane idem papias testimonij ex epistola iohannis prima et petri similiter prima: simul et hystoriam quandam subiungit de muliere adultera que accusata est a iudeis apud dominum. **H**abetur aut in euāgeliō qđ dicit scđm hebreos scripta ista pabola. **H**z et de h̄js ista sufficiāt.

Incepit liber quartus ecclesiastice h̄istorie. Qui sub imperio traiāni romanoꝝ vel alexandrinoꝝ epi fuerint. Capitulum. 1.

Quo decimo anno principat⁹ traiāni cesaris cordo quē paulo ante memorauimus alexādrinoꝝ gubernare plebē. diē obiit. **D**o quē quartus ab apostolis primus nomine sacerdotij inibi iura inscepit. **S**adē tempestate alexāder quoq; rome cum oīā uum annum euyaristus sacerdotalis administrationis

implesset: quinta successione post petrum atq; paulum plebis
gubernacula sortitus est.

¶ Qualia sub trajano passi sunt iudei. Ca. n.

Et quidem saluatoris nostri institutio ecclesiarūq; p̄feci
crescebat ī dies: iudeorum porro funera densissimis cla
dibus exagitabantur. Itaq; postq; predictus imperator annum
octauum decimum principatus ingressus est. rursus iudeorum tu
multus exarsit. quo magnus mox numer⁹ gentis eius occubuit
Nam et alexandrie. et per egyptum et cyrenem tamquā atrocī
quodam sediciosoq; spiritu exagitati. primo simul cōmanētib⁹
vicinisq; gentilibus inferre certamina: tum deinde paulatim se
ditione crescente. sequenti iam anno publicum et non minimū
intulere romano tūc ducilupo cuidā in ptibus egypti. Ac sane
primo prelio iudeos secuta victoria ē. Sed gentiles qui ex acie
fugerant. irrūpentes alexandriā: iudeos si quos forte inibi rep
perant interimere. Quoz auxilio destituti reliqui qui apud cy
renem rebelles extiterant: velut desperantes ad agros egyptiet
castella vastanda vertuntur duce luca. Aduersum hos impator
mittit cum exercitu militum atq; equitum. sed et nauali manu
marcum turbonem: qui multis sane prelijs nec paruo tempore
cōsumptis multa milia iudeorum non mō apud cyrenem. sed in
egypto qui luce auxiliū ferebant p̄strauit ac protulit. Princeps
vero romanus etiam eos qui apud mesopotamiam cōsistebant
iudeos rat⁹ similia ausuros lucio quieto p̄cepit deleze pūntiā
fundit⁹: ac totā gentem penit⁹ excidere. Cum ille direpta acie
magnam eoz multitudinē sternit. Cui⁹ facinoris grā: quietis
remunerationis vite ab ipatore pūncie iudee indept⁹ est. pre
sidatū. Sed et hec etiam grecor⁹ gentiliū hystoriographi p̄ sin
gulas quicq; etates eodem ordine memorie tradiderunt.

TQui sub adriano fidei defensionem scripserint. **Capitulum. iii.**

Traiano autem viginti annis minus sex mensibus principatu profuncto. elius adrianus in sceptra succedit. **H**uic quadratus oratione vel operatione splendiissima apologeticū librum pro nostra religione cōscriptū et validissimis cōunitū assertionibus optulit. quoniā quidem maligni quidem homines sub eodem principe nostros nitebantur incessere. **Q**ui liber hodie usq; seruat: et apud nos et apud multos ex fratribus nřis Ex quo volumine indica magna cuiusc am viri et mentis ac fidei apostolice: eius scilicet qui cōscripserit colliguntur. **I**dem igitur ipse sue antiquitatis specimē talibus exprimit verbis. **N**ostri autem saluatoris inquit opera semper aderant viua et vera in hys qui sanati fuerāt: et in hys qui a mortuis excitati sunt. **N**on enim vīsunt tantummodo vel resurgere vel sanari sed ppetuo ab hominibus videbantur: non tantum saluatore presente. sed et post discessum eius multis temporibus: ita ut aliquāti qui ab eo vel curatī vel resuscitati sunt etiam ad nrā usq; tempora perdurarint. **E**t de hoc quidem satis dictum est. **S**ed aristides vir fidelis et pietate nostre religionis inbutus. quadrato simile volumen ad adrianum pro fidei nostre iatiōe conscripsit: cuius etiam nunc scripta seruantur.

TQui sub eodem romanorū et alexandrinozū fuerint sacerdotes. **Capitulum. iiiij.**

Tercio autem eiusdem principatus anno alexander ep̄us urbis rome sacerdotium simul ac vitam finiuit decēnjo expleto. **H**uic subrogatus est sextus. **S**ed et alexandrie eodem tempore defuncto primo duodecimo sui sacerdochī anno: ep̄atū iustus exceptit.

Episcopi iherosolimorum ab exordio usq;
ad tempora memorata. **C**apitulum. v.

In iherosolimis sane episcoporum tempa successiones
nullis ad integrum monumentis cōscripta repperim⁹: eo
quod valde ad breue tempus mortis celeritate præcepti sacerdotio
singuli quicq; defuncti p̄hibeantur. ita ut quātum ex veterum
lectione cōperior⁹ ad tempa usq; p̄incipis adriani sub quo iudei
excidium passi sunt. tradūt quindecim episcoporum successiones
esse decursas: quos omnes aiunt hebreos antique originis exti
tisse et scientiā cristi fideliter recepisse et ideo incunctanter ab
h̄js qui poterant de fidei merito iudicare. sacerdotio quoq; vi
sos esse dignissimos. quippe cum omnis tunc ecclesia ex hebreis
fidelib⁹ coaceruata firmataq; videretur: incipientib⁹ ab aplis
et pdurantibus nimirū usq; ad illud tempus excidij: quo iudei
iterum deficientes a romanis magnis rursum prelijs subiugati
sunt. Igitur quia per idem tempus assumere episcopos ex circū
cione cessatum est: necessariū videtur omnes a primo usq; ad
id t̄pis enumerare p̄ter sacerdotes. **P**rimus itaq; iacob⁹ qui
domini frater est habitus: post hunc symeon est electus. **T**erci⁹
iustus zacheus quartus. deinde thebias quintus. et benyamyn
sextus ac septimus iohannes: tum mathias quem philippus ex
cepit. **C**ui decimus seneca subrogatus est: iustus exinde et duo
decimus leui. Post hunc effrem et quartus decim⁹ ioseph: ac fi
nis omnium iudas. **I**sti sunt fere omnes qui iherosolimis epi
ab apostolis ad illa usq; tempora que superius designauimus.
plebi illi ex circūcione presuerunt.

De successione romani et alexandrini pontificis. **C**a. vi.

Rome aut duodecimo anno memorati p̄incipis. sexto duo
decī annis ecclie gubernaculis fūcto: thelesphor⁹ septim⁹

ab apostolis subrogatur. Anno post et uno mense alexandrine
ecclie moderamen eymenes sexta successione suscepit cum de-
cessor eius undecim annis populo presulisset.

Excidium nouissimum iudeorū tempibus adriani. Capit. vii.

Verum iudaicis motibus ac factionibꝫ rursus ad maiora
progressis: rufi iudee presidens armata manu sibi ab im-
peratore decreta. insolentiā gentis acerbi me cōprimebat: multa
milia passim viroꝫ seminarum puerorūqꝫ cōficiens. quorum
tertas iure belli romano vendicabat impio. Tempore quo ista
gerebantur ducebat exercitum iudeorū barchochabas quidam
quod nomen significat stellam: ceterum vir crudelis et scelest⁹.
Sed et vocabulo suo velut vilibus mācipijs persuadebat: se ob
salutem eorum sydus magnum celitus esse delapsum: egris mor-
talibus, et longa obscuritate dampnatis ferre lucis auxilium.
Igitur cum maxime belli huius fomenta concrecerent octavo
decimo anno principat⁹ eiusdem apud bethera oppidum pualid
iberosolimis vicinum. cum longior a romanis tenderet⁹ obsidio
fame ac siti p̄duellibus intrinsecus ad extremum interēptionis
adductis. postqꝫ dux ipse precipue meritas suo facinore penas
luit: omnis hec natio iam exilio ab omni regione finitima iher-
osolimorum penitus acerbatur cum sanctione diuine legis. tū
maxime cōstitutionibꝫ et decretis adriani: ita vt ne de celsiore
quidem p̄spectu eminus eis saltem paternum solum prophanis
obtutibus liceret inspicere. Aristopolleus hystoriographus ista
prosequitur. Ita factum est vt ciuitas post interitum iudaice
gentis incolis mox in eam pegrine nationis cōfluentibus per
mutatis ciuibus etiam ipsa helya appellaretur ex cognomento
imperatoris hely adriani: et vt in romanoꝫ ius conuersa ritu
pariter mutaret ac nomen.

¶ Qd marc⁹ prim⁹ ex gētib⁹ ep̄s iherosolimoz fuerit. et de here
ticis eiusdē tpis. l' q̄ tūc eccīastici scriptores extiterit. **Ca.** viij.

Igitur ex gentibus vt im̄bi cepit ecclēsia cōgregari: pri
mus post episcopos ex circūcisione sacerdotiū ciuitatis
illius accepit marcus. Cumq; iam refulgentibus in modum cla
rissimorum syderum ecclēsīs vbiq; terrarum vigente etiam per
omne genus homīum fide qua cuncti p̄iter in saluatorem ac
dominum nostrum ihesum crīstum integrē et constanter credi
derant: illius totius bonitatis emulus dēmō. vtpote veritatis
inimicus. et salutis humāne hostis ppetuus omnia molimina ad
uersus dei ecclēsiam versans: qui prius eam exterius psecutio
nibus et hostibus oppugnauerat. nunc malignis quibusdam
viris et deceptoribus repertis intestino bello eam quate re ni
titur: scilicet vt fraudolenti fallacesq; homines nostre religiōis
simulatoſ tantum nomine induitū. fidelium quidem si quos forte
p̄suasionis sue fraude deciperent pessundarent: ignorātes vero
fidei nostre misterium peruersis et feralibus suis vel gestis vel
assertionibus impeditos a desiderio vere fidei et salutis longi
sub mouerent. Igitur humani generis deceptor antiquis post
menandrum quem tunc retulimus symonis successione velut
quandam bestiam binō ore sibilantē. binisq; linguis dyabolica
venena vibrantem: saturninum quēdam antiochiae genitum
et basilidem alexādriē ortum pduxit: quorum vterq; suis in re
gionibus officinas impie ac deo inuise condidit discipline. Et
quidē in omnibus pene saturninum eandemq; menandrum cō
mentatū esse significat hyreneus. Basilden vero pretextu mislice
doctrine in īmensū tētē disse mentis ipie cogitatū: dū pdigiosa
fabulaz figmēta sibimet cōplacerent. Sz econtra multi. admodū
eccīastici viri pro veritate fortiter stare. ac scriptis quoq; et
assertiōib⁹ vera ratiōe subnix⁹ p̄ aplīca et eccīastica traditiōe

certare: ut ex monumentis librorum etiam posteris ad caueda
hereticoru venena munimen et subsidium preberetur. **E** quib⁹
puenit ad nos liber celeberrimi scriptoris id temporis agrippe
castoris confutationem basilidis validissimam continens: per
quem versicia et calliditas viri ad decipiendum nimis apta
detegit. **D**eniqz cum publicaret eius archana. dixit eā de euangeliō
quatuor et viginti cōmentarios cōdidisse: pphetas vero
libimet nūcupasse quosdam barchabān et barchon aliosqz qui
nūq extiterint quos ipse tamen cōstituerit sibi: ac barbaris vo
cabulis vt esset appellatio ipsa terribilis nuncuparet. **D**ocere
etiam eum refert īmolata absqz vlo respectu cōscie degustāda
et sine scrupulo atqz indifferenter fidem negandam psecutōib⁹
temporibus. seclatoresqz suos ad morē pitagoricum docuit qui
quennio simile. **A**ddit alia quoqz nō pauca: quibus sedē hui⁹
errorem penitus a se deprehensum et confutatum esse declarat.
Sed et hyreneus scribit coeum tpe et moribus memoratorū
fuisse carpocratem quēdam superstitionis alterius qui gnostiči
appellantur autorem. vocabulo ab scientia cōficto. qui sane p̄stli
gias symonis magi non vt ille clam sed publice ac palam tra
debat: et velut pro summis atqz optimis studijs laudem confes
sam de nefarijs artibus ac deceptis auditoribus requirebat:
et magicas tenebras in luce publica porabat. **D**e amatorijs dū
texat sompnijz īmensis ac demonib⁹ pathedjz alijsqz similib⁹
fraudibus. qui de hiis cōsequenter doceri oportere omnem ho
minem decernebat: qui ad pfectionē sui misterij. vel potius sce
leris cuperet puenire: asserens non aliter vñquemqz effugere
posse hui⁹ mundi principes vel declinare: nisi per huiuscemodi
facinora sua cuiqz nefaria debita soluerentur. **H**ijs igit̄ ille to
tius boni emul⁹ vtens sue malignitatis ministris tam eos qui
p̄ fidem ab hijs decipiebant rapiebat ad tenebras sempiternas
q̄ illos qui necdū crediderant. tamq̄ hec esset nostre religiōis

infamia submovebat a fide: dum ob execrabilem horum hominum
vitam ipsam christianorum professionem audiens quisque vitaret
Nec aliunde tunc suspicio de nobis tamquam vere ipsius et incessibus
fuerat exorta: qua asseretur illicitis plebem nostram stupris et
promiscue habitis in matribus et sororibus pollui: atque execrabilis
dis infanticidij dapibus funestari. **S**ed non in longum durauit
infamia: ubi seipsa cepit veritas aperire. **Q**uinymmo et clarior
ac splendidius illucescente vita nostra extinguebatur continuo
supsticiosi caligo figmenti: et singulis quibusque sectis que ad
uersum veritatem exorte fuerant euangelicis: vel in multi
fidis ac multiformes species diffundentibus proficiebat et extol-
lebatur in dies solus vere et catholice splendor. nulla temporum
varietate fucatus: quia castimonia sua ac puritate et diuine con-
uersationis gloria per omne hominum genus sapientia et doctrina
fide et actibus veritas resulgebat. **E**t enim ipso confessim tempe-
quo ceperat: opprobrij huius flama restincta est. **P**ermanuit autem
apud singulorum mentes veritas que suis semper viribus nitens
coincidit et arguit falsitatem: nec passa est adulterino male-
dicatorum furore ecclesie castitatem pudicitiamque lacerari: in tantum
ut ex illo ad nostra usque tempora nullus tam seu mentis exti-
terit qui honestatem et castimoniam plebis nostre ore sacrilego
continuatis macularet opprobrijs. **H**oc et ad romanos et grecos
et sathanas et barbaros et ad ipsas pene in ultimis orbis partibus
reconditas nationes in tantum suavis odor de ecclesie gestis
et diuinum quoddam respirans sancte conuersationis aura perue-
nit: in tamen ad aures omnium ac mentes felix christianorum fama puecta
est: ut donec hominem genus legibus et superstitionibus patriis derelictis
ad fidem se conuerteret christi: omnisque barbaries genuina feritate
deposita ad ihesum christum concurreret: et disceret ab eo quod misericordia
est et humilis corde. **E**xiterunt preterea per diuinam gratiam viri ea te-
pestate eruditissimi quod probabilitate sufficiet obscena hereticorum

comenta conuincerent: et quid vera fides in ecclesia catholica
castitatis haberet ostenderent. In quibus egesipp⁹ celeberrim⁹
babebatur: qui integrimā tradicionem apostolice p̄dicationis
simplici sermone cōscriptam. in quinqz libris memorie tradidit
vbi et de suis ipse tēporib⁹ aliq̄ta cōmemorat: et de quibusdā
qui simulachra collocauerant talia quedam scribit. Quibus in
quit templo ymmo potius sepulchra fecerunt: sicut etiam nunc
videmus. Ex quibus vñus est antinous seruus adriani cesaris
cui agones annui celebrantur qui antinoi appellantur nostris
adhuc t̄pibus instituti. Nam et ciuitatem cōdidit eius nomine
antinoum: et templum ei et sacerdotes instituit ac prophetas.
Sed et iustinus fidelissimus nostre philosophie sectator. et in
grecorum disciplinis eruditissimis scribens ad antonium appol
logeticum pro nostra religione librum: horū meminit ita dices
Non michi videtur absurdum meminisse in hys etiā de antinoo
qđ nuper gestum est. quem omnes timore principis quasi deum
colere ceperunt: cum bene nouerint quis qualis ve paulo ante
fuerit. et vñ gen⁹ duxerit. Idem quoqz ipse etiam iudaici belli
qđ tunc gerebatur memoriam fatiēs talia quedam refert. Eteī
in hoc qđ nunc geritur bello iudaico barchochabas princeps
iudaice factionis. cristianos solos nisi negarent cristum tamqđ
blasphemos ad supplicium rapi iubebat. In quibus libris etiā
de cōuersione sua quam habuit a ḡtili ph̄ia ad vere religiōis
fidem quod non absqz probabili ratione et examinato iudicio
ad hec cōuersus sit: hoc mō scribit. Nāet egoipse inquit sedis
platonicis institut⁹ audiens infamari cristianos. et videns eos
ipauīdos ad suscipiendam mortem atqz omne supplicium tolle
randam: cōsiderabam qđ impossibile esset in malicia eos et in li
bidine cōuersari. Quis enim aliquā voluptuosus et luxurijs de
ditus. et qui humanis carnibus vesci delicias putet mortem si
benter āp̄legit: quo scilicet ipsa cōfessi cazeat pro qua ifamari

voluit voluptate? Qui ymmo viuere ppetuo si liceret et latere
iudicia in hoc magis operā darz: ne dū semetipm statute ac p
fesse morti studeret offerre. **H**z et idem ipē vir scribit ad adri
anum principem suscep̄tis a serēnio gramiano clarissimo viro
preside litteris in quibus de cristianis percunctabatur: rescrip
tisse q̄ non esset iustum cristianos nullius criminis reos absq̄
iudicibus legib⁹q̄ puniri: simul et exemplum epistole ipsius
subicit continentis hunc modum.

Exemplum epistole imperatoris adriani ad
minucium fundianum p̄cōsulem asie. **Ca. ix.**

Accepi litteras ad me scriptas a decessore tuo serēnio gra
miano clarissimo viro. et non placet michi relationem
silentio preterire ne et inoxj̄ pturbentur: et calumpniatoribus
latrocinandi tribuat occasio. Itaq̄ si euidenter p̄nitiales huic
petitioni sue adesse valent aduersum christianos: vt p̄ tribunali
eos in aliquo arguāt. hoc eis exeq̄ nō phibeo: p̄cib⁹ aut in hoc
solis et acclamationib⁹ vt̄ eis nō p̄mitto. Etei multo ēquis ē
si quis volet accusare: te cognoscere de obiectis. Si q̄s igit̄ ac
culat et p̄bat aduersum leges quidq̄ agere memoratos hoies:
p̄ merito peccatorū etiā supplicia statues. Illδ methercule mag
nope curabis vt si q̄s calūpnie grā quēq̄ horū postulauerit reū
in hūc p̄ sui neq̄cia supplicijs seueriorib⁹ vīdices.

Qδ post adrianū anthoninū impator extiterit. et q̄ primo
imp̄h eius anno post thelesphor⁹ romanum p̄tificem igne
in ep̄atu successerit. et de hereticis eiusdem tēporis. **Ca. x.**

Tep adrian⁹ p̄ hec vicesimo et p̄io p̄cipiat⁹ sui āno dīē
obij̄t: et ātonin⁹ cognomēto p̄i⁹ rōanū suscep̄t ipi⁹. Hui⁹
p̄io āno thelesphor⁹ ānis vndeci sacerdotio i vrbe romā admis
trato vita decessit: et igni⁹ ep̄atus sortē romane suscep̄t ecc̄e

Verumtū hyreneus refert. thelesphorū martirio vitam finisse: simul indicans ignij episcopi temporibꝫ valentinum auctorem valētiniane heresis extitisse. et cerdonem quēdam erroris illiꝫ principem. quem postea marcion secutus est: eo usqꝫ tempore rome sed et diuersis ipietatis ferbuisse. **S**cribit autem ita: **N**am valentinus venit romā sub ignio: iualuit autē tēporibus pī et ad anicetum vīg durauit. **C**erdo vero qui āte marcione fuit et ipse sub ygnio qui erat in yrbe roma ab apostolo noui episcopus venit: qui tamen aliqua quidem quasi penitens et errorē confitens excusabat: aliquā rursum occulte interdō etiam publice ipietate docebat: in quo cōiunctus a cetu fraternitatis arcetur. **H**ec autem dixit hyreneus in tertio aduersus heresēs libro. **I**n primo autem nichilominus libro de cerdone hec dixit Cerdo vero a seclatoribus symonis ipietatis sue occasiōnibꝫ sumptis romam venit sub ygnio ibiqꝫ docuit q̄ is qui a lege et pphetis predicatus est deus. non esset ipse pater domini nři ihesu cristi: quia ille quidem notus esset. hic autem ignotus est et ille iustus hic autem bonus. **C**ui succedens marcion pōtit⁹ absqꝫ reuerentia ylla blasphemans auxit doctoris insanīa. **I**dē quoqꝫ ipsa hyreneus īmensum profundum valentini erroris de materia et ceteris validissime coarguit. et serpentis in modum cecis semetipsum latebris obtegentem in luce p̄trabit et denu dat. **H**ījs adiungit et de marco quodam quem dicit magicis artibus ibutum apprime enituuisse: de cuiꝫ xphanis superstitionibꝫ et archanis non tam sacris q̄ sacrilegis et mysticis miserījs ita scribit. **E**t enim quidam eoz thalamum construunt et nefariū quoddam iniciandi celebrant genus tamq̄ secretis quibusdā carminibus ac verbis non tā sacris q̄ execrabilibus eum qui introducitur cōsecrātes: speciales nuptias aiunt esse qđ faciūt instar videlicet supnarum cōiugationum. **A**dducētes vero eos ad aquam et baptisantes: hec super eos proferunt verba. **I**n

nomine aūlūt ignoti patris omni. et in veritate omni matre:
et in eo qui descendit in ihesum. Alij vero hebraica lingua: ad
pauorem audientium super eos quos inicianter terribiliter elo-
quuntur. Nec de sectatoribus marci hyrene scribit.

De successionibus romanorum et alexandrinorum pōtificum. **Ca. xi.**

Quarto autem sui ep̄atus anno cum deceſſisset ignius: ro-
mane ecclesie sacerdotiū pius suscepit. Apud alexādriā
vero marcus: tercio decimo anno ep̄atus sui eumenide defuncto
Qui marcus cum decem annis sacerdotium mīstrasset: celadioni
post obitum suum ecclesie gubernacula dereliquit. Pius vero
in vrbe roma quindecim annis in sacerdotio expletis: aniceto
post se tradidit sedem. Cuius tib⁹ egēsipp⁹ refert semetip⁹ in
romam venisse: et pmansisse inibi usq; ad euleutheri qui post
anicetum subrogatus est in ep̄atum.

De iustino catholico philosopho. **Capit. xii.**

Quib⁹ temporib⁹ simul florebat iustini in habitu phi-
losophi diuinum predicans verbum et fidei nostre narra-
tionem tam scriptis volumib⁹ q̄ viue vocis assertione defen-
dens. Qui et aduersus marcionem scribens. cōmemorat de eo q̄
adhuc sup̄esset eo tpe quo scribebat. Deniq; ita ait. Marcion
vero quidem ponticus qui hodieq; sup̄erest: docet hoīes alium
credere esse deum. maiorem editorem deo. Nec ille hoībus inge-
rens et demonibus adiutorib⁹ vtens multis blasphemare psua-
sit: vt nāgarent creatorē oīm deum ipsum esse patrem cristi:
sed esse alium quandam qui quasi maior hoc esset. Et tamen
omnes sectatores eius cristiani appellantur. ita nimirum sicut
omnes eō vocabulo cum diuerse sint secte philosophi nūcupat̄
Sed et post pauca nichilominus dicit. Est aut nobis et liberz

aduersus omnes heresēs cōpositus: quem si vultis decurrere da
bimus. **H**ic autem ipse iustinus scribit etiam contra paganos
volumen insigne. **S**ed et alios libros pro nostra religione in
quibus ad antoninum prīcipem qui cognominatur pius ser
monem dirigit scribens et ad senatum. **I**n vrbe etenim roma
maxime cōsistebat. **D**eniqz in yno ex hīs libro etiam de semet
ipso volens quis vel vnde esset ostendere: hoc modo scribit. **I**m
patori helio adriano antonino pio cesari augusta et verissimo
filio philosopho et lucio philosophi cesaris p̄prio filio ac pio
adoptiuo amatori sapientie et sacro senatui atqz omni populo
romano. prouincīs ex omni hominum genere cōgregatis. et
in iusto odio laborantibus ac non digna patientibus: iustin⁹
prisci filius bachiadis ex vrbe neapoli palestine. vnuis pro d
mibus hoc defero postulatum. **S**ed et interpellatus idem impa
tor in asia ab hīs qui vario iuriar̄ genere affligebantur: tale
rescriptum ad vniuersos asie populos p̄mulgauit.

Rescriptum anthonini cesaris ad asianos pro
christianis affligebantur qui. **C**apitulum. xiiij.

Imperatoz cesar marcus aurelius. antoninus augustus
armenius p̄tifex maxim⁹ tribunicie potestatis quinde
cies consul tertio: vniuersis simul pleibus asie salutem. **E**go
quidem non ambigo etiam ipsis dīs cure esse: ne quis noxius
lateat. **M**ulto enim magis ipsis cōuenit punire eos qui sibi im
molare nolunt: q̄d vobis. **S**ed vos cōfirmatis eoꝝ quos perse
quimini sententiam quam de vobis habent: dicentes vos ipios
et sine deo esse: vnde et optabalius habent animam ponere p
deo suo. et mortem libenter āplecti q̄d vobis talib⁹ acquiescere
et in vestre religionis iura cōscendere. **D**e motibus autē terre
qui vel faci sunt vel etiam nunc fiunt: absurd⁹ non erit meroze

vestra iusta cōmonitione solari. quoniamquidem cōperi q̄ in
huiuscemodi rebus ad illorum iūdiā cōmunes casus trāfertis
in quo illi quidem maiorē fiduciam accipiunt apud deum: vos
autem in omni tēpore quo de talibus ignoratis ceteros quidē
deos negligitis: cultum vero immortalis dei quē cristiani colūt
expellitis et deturbatis usq; ad mortem cultores illius obseruā
tie p̄sequentes. Super quibus plurimi ex prouintijs iudices
etiam venerabili patri nostro scripserant. Quibus rescriptum ē
ab eo. vt nichil omnino molestie huiuscemodi homībus gene
rarent: nisi forte arguerent̄ aliquid aduersam romani regni sta
tum moliri. Sed et michi ipsi de hīs q̄ plurimi retulerūt. Qui
bus ego paternam secut̄ sententiā. pari moderatione rescripti:
q̄ si quis persistit huiuscemōi homībus absq; vlo crimine mo
uere negotia. ille qui de latus p̄ nomine fuerit absoluatur: etiā
si probetur id esse q̄ ei abicitur cristianus: is autem qui crimē
obtendit reus pene eius quā obiecit existat. Proposita ephesi
publice in cōuentu asie. Nec ita gesta esse testat̄ etiam mileto
episcopus ecclesie sardensis: i eo libro quē ad impatorē verū
pro fide nostra ac religione cōscriptit.

¶ Quid de policarpo apostolo discipulo refertur. Ca. xijij.

PDa tempestate etiam aniceto romane ecclesie presidente:
policarpum romam venisse atq; habuisse sermonem cum
ipso aniceto de pasche die hyreneus refert. Sed et alia quedā
de eodē policarpo scribit: que michi dignum videtur corpī huic
nostre narrationis inserere. Tercio igit̄ aduersus hereses libro
hec de eo cōmemorat hyreneus. Policarp̄ inq̄t qui non solum ab
apl̄is erudit̄ ē: neq; solū conuersat̄ ē cū hīs qui deum viderāt
s; et ab ipsis apostolis ordinat̄ ē smirneox̄ ecclesia episcopus
quem nos quoq; in prima etate nostra vidiim̄. Diu etē p̄māsit
in vita. et lōgeua etate p̄durās nobilis viuendo sed et nobilioz

moriendo extitit: quippe qui vitam martirio terminauit. Dociebat autem semper ea que ab apostolis ipse didicerat: et hec eccliesie tradebat: que sola vere docenda sunt. Quorum testes sunt omnes ecclesie que in asia constitute sunt: et huius per idem tempore etiam nunc in policarpi successione perdurant. Multo autem verior et fide dignior hic autor ecclesie est et veritatis testis: post valentinum et marcion et ceteri puerse mentis homines. Qui etiam sub aniceto romanum prexit: et multos ex supradicatis hereticis ad ecclesiam dei convertit: hanc solam predicans tenendam esse veritatem quam ipse sciret se ab apostolis suscepisse. quam et tradebat ecclesie. Et sunt adhuc etiam nunc qui audierunt ab ipso. quod iohannes discipulus domini. cum apud ephesum balnea lauandi gratia fuisset ingressus. et vidisset ibi cherintum: exi luisset non lotus dicens. Fugiamus hinc. ne et balnee ipse corruant: in quibus cherintus lauat veritatis inimicus. Idem etiam policarpus marcioni aliquem cum occurrisset. dicenti sibi agnosce nos: respondit. Agnosco. agnosco primogenitum sathanam. Tanta tunc apostoli atque eorum discipuli in religione cautela uteretur ut ne verbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a veritate deuiauerant habere paterentur: sicut et paulus dicit. Hereticum hominem post unam et alteram correctionem deuita: sciens quod puerus est huiusmodi et peccat cum sit a semetipso damnatus. Extat et epistola policarpi ad philippenses scripta praelonga: ex qua formam fidei eius ac predicationis si quis forte salutis sue sollicitudinem gerit capere potest. Hoc enim hyreneus. Policarpus vero in ipsa epistola quam ad philippenses scripsérat: utitur testimonij de prima epistola petri.

¶ Quidam policarpus sub severo aliquo nonnulli
fmirne martiriū passi sunt. **Capitulu. xv.**

Sed enim anthonino qui pius cognominatus est. vicesimo et secundo anno principatus exado. marcus aurelius verus et anthoninus filius eius cum lucio fratre succedunt. Quo in tempore policarpus maximis persecutionibus asiam quatentibus vitam martyrio suiuuit. De quo plane necessarium duxi memorie tradere: maxime cum scripta extet epistola ex persona ecclesie smirneorum ad ponti ecclesiastis data: que de martyribus eius beato fine designat. Cuius exemplum infra scriptum est.

PEccl esia dei que est apud smirnam ecclesie dei constitute apb philemonium. et omnibus qui ubiqz sunt sanctis ecclesiis catholicae: misericordia et pax et caritas dei patris et domini nostri ihesu christi multipliceat. Scripsimus vobis fratres de martiribus et beato policarpo: qui velut signaculo quodam martirij sui finem persecutionibus posuit. Et paulo post describentes etiam ceterorum martirum agones. talia quedam scribunt. Detergere et enim volentes inspectantem populum: nunc flagris usqz ad interiora viscerum martyres laniabant: ita ut abdita corporis et que natura in archanis locauerat nudarentur. nunc autem marinias cocleas que conchilia vocant, et acuta queqz fragmenta in dorsum supinatis martiribus substernebant. In quibus omne martirij genus et pene speciem consumentes: ad ultimum devorabos eos bestiis exponebant. Sed in hijs precipue designatur vir fortissimus effloruisse germanicorum nois: qui per gratiam diuinę virtutis metu corpore fragilitatis exclusit. Volente namqz christi sole persuasionibus aggredi virz et obicere ei prime etatis florē debere eū suimetipius miseratione cape: ille nichil moratur spōte dicitur preparatam sibi bestiam prouocasse veluti: tardantes increpans penas: et inique huius vite ultro velocem expetisse discessum. Verum cum ex huius tam insigni morte. stoporem ceperisset astantes populi multitudo. et totius christianorum getis mirari virtutem de contempnenda morte cepisset: cōclamat oēs

Tolle impios: policarpus requiratur. **S**ed cum exclamatione
grauiis perturbatio fieret: cornicium quedam natione frigen nup
de suis regionibus aduentantem: accidit primo quidem bestias
ceteraque tormenta sponte lacessere de hinc fractis animis cadere.
ad ultimum etiam salutem segniciam perdere. Que res eum ad mar
tirium peccatum potius et temeritate quam deuotione prosiliuisse de
clarat. Ipse namque se iudicii ingesserat. **V**idus itaque exemplum
euidens omnibus dedit cautius in rebus talibus et circumspectior
agendum. quia non temeritas sed fides et modestia coronatur.
Sed de his quidem talia gesta sunt. Insignis autem vir policar
pus. primo quidem cum audiret vulgare excitatum in se acclama
tionibus in nullo penitus motus est: sed mansit ipsauidus: tran
quillus namque erat moribus: et serenus aspectu. Qui cum in eadem
ciuitate vellet interitus permanere: acquiescens tamen deprecacionibus
se familiaribus suis ad agrum quendam quietati proximum
secedit: atque ibi cum paucis die noctuque nichil aliud quam in orationibus
perpetuis permanet: pro pace ecclesiarii que ubique sunt supplicans
deo: quod ei facere in omni vita sua moris perpetui fuit. **S**ed is in
oratione positus ante triduum quam comprehenderet visionem videt
per noctem. cervicalis capitis sui flammis esse consumptum. **C**umque
puigilasset post visum interpretatus est astantibus sompnum
suum dixitque pro certo se ob cristum per ignem vite exitum sor
titurum. Imminente igitur questione. rursus fratrum caritate
complausus: comigravit in alium locum. Quo non multo post in
quisidores ingressi. correptis duobus pueris. et altero ex his
verberato: per indicium eius ad polycarpum perueniunt cum
iam declinaret dies. **S**ed ingressi ipsum quidem reperiunt in su
perioribus quiescentem: unde cum posset ei facilius transitus esse
ad alteram domum noluit dicens. **V**oluntas domini siat. Qui
per me et cum cooperisset adesse comprehensores suos. in occursum
eis progressus leto admodum vultu ac placido compellare viros

cepit cum ingenti oris gratia ita ut illi mirarentur et stuparet
quid tantū studij fuerit ut vir illius grauitatis et honestatis
in tam longeua etate et tante vite auctoritate positus per-
quiri et comprehendendi sit iussus. Sed ille nichil moratus con-
tinuo apponi mensam hostibus quasi hospitibus iubet. atqz
eis epulas largius ministrari: vnius hore ab eius spatio ora-
tionis gratia impetrato. Orabat igitur tanta dei gratia reple-
tus ut admirarentur omnes qui aderant et ipsi qui ad compre-
hendendum venerant peniterent q̄ tam honestum virum ac deo
dignum. et ipsa etate venerabilem rapere iuberentur ad penā.
Et post aliquāta eadem scriptura verbis ipsis talia coniunxit
ex ordine. Postea vero q̄ finiuit orationem memoriam fati-
ens omnium quoscumqz nosce poterat maiorum et minorum
nobilium et ignobilium. et totius catholice ecclesie que per
orbem terre est: instante hora iam progreditur. et asino sedens
ad ciuitatem ducebatur cū esset dies magni sabbati. Pergēti
occurrit ei pfectus pacis herodes noīe et p̄r eius niceta. Qui le-
uantes eū secū in vehiculū: psuadere sedulo conabauē dicentes
Quid eī mali ē deū dicere cesarē. et īmolare: et de cetero viuere
secnrum: **H**ec ille primo tacitus audiuit. Sed ubi persistebant
ait ad eos. **Q**uid multis op̄ est: **F**actur̄ non sum quod dicitis
At illi postea q̄ nichil se pfectissē senserunt. indignatione com-
moti cum cōtumelia eū vehiculo turbabant: ita ut pedem lederz
p̄ceps altus. **S**ed quasi nichil fuisse iurie p̄pessus tota alaci-
tate cōtentus pgebatur ad studium quo duci fuerat impat̄. **C**um
vero tumultus ingens in stadio ex ingressu eius fuisse exort̄
vox e celo delapsa ē. **F**ortis esto policarpe: et viriliter age. **S**z
autorem quidem vocis videre potuit nemo: auditis tamen ad
plurimos venit. **I**ntera animatur ad furorem tumultus populi
videntes quia policarpus introduceitur. **C**umqz eminus a pro-
consule interrogaretur si ipse esset policarpus: se esse cōfitetur

Ergo habeto inquit etatis tue reverenciam. et parcens ultime
senectuti tue. iura fortunam cesaris. gerens de prioribus peni-
tudinem: et coclama etiam tu. tolle sacrilegos. Tunc policarpus
toruo vultu ad populum qui in stadio residuebat aspiciens ele-
uata ad celum dextera cum gemitu clamauit et dixit. Tolle sa-
crilegos. Sed insidente proconsule policarpo et dicente iura
fortunam cesaris: et dic in christum concia. et dimitto te: policarpus
ad hec. Octoginta inquit et sex annis seruio ei et nichil me lesit
vnguis: quoniam possum maledicere et blasphemare regem meum qui
salutem michi dedit. Cumque rursus vehementius ergeretur ut
fortunam cesaris iuraret: si hanc inquit iactantiam queris ut
ego fortunam cesaris iurem: et qui sim ignorare te simulas: cum
omni libertate audi me. quia cristianus sum. Si vero etiam
rationemvis cristiane religionis accipere: statue diem et audi
Proconsul dixit. Huade populo. Policarpus ait. Tibi quidem
respondi. Docemur enim principibus et potestatibus his que
a deo sunt honorem deferre: eum scilicet qui religioni non sit
contrarius. Populo autem furenti satissimacere non est meum.
Proconsul dixit. Bestias habeo paratas: quibus subigeris.
nisi cito penitueris. At ille respondit. Adhibeantur. Nobis enim
immobilis stat sententia: nec possumus de bono ad malum per
penitudinem commutari. Melius autem erat si his mutantur
ad bona: qui perseverant in malis. Tum proconsul. Igni inquit
te faciam consumi si tibi bestie contempnende videntur: nec
propositi recipis penitudinem. At ille ignem minaris inquit
hunc qui ad momentum incenditur et paulo post extinguitur
quia ignoras futuri iudicij ignem eternum. qui ad penas perpe-
tuas preparatus est impiorum. Sed quid moraris? Adhibe. Ut
nam voles. Hec et alia multa his similia dicens policarpus
confidentia simul et leticia replebatur. ita ut alacritatem vul-
tus eius sermonumque constantiam proconsul maximo stupore

mirare. Misso igitur curione ad populum iubet voce maxima protestari: polycarpum tertio confessum se cristianum esse. Quo auditu. vniuersa multitudo tam gentilium quam iudeorum et mirnentium civitatis cum ingenti furore acclamabant. Hic est totius asie doctor et pater cristianorum: nostros aut subversor deos. Ipse est qui multos docet ne imolent: ne ve adorent deos. Et post hec verba acclamabat philippo numerario: ut leonem polycarpo dimitteret. Qui respondet non sibi licere: quia iam editionis sue munus explessit. Tunc illi omnes pariter coclamarunt ut polycarpus viuus arderet. Oportebat enim visionem eius quam de ardente ceruicali vidit impleri. Que cum dicto citius gererentur ipsis populis ligna vel de balneis vel de publicis quibusque locis et sarmenta congregantibus. precipue iudeis ardenter in hec ex more seruentibus cum omni velocitate exstructus est regus. Cum depositis seniorum indumentis. ac zona resoluta. calciamenta quoque de pedibus temptabat educere: que nunquam nisi a religiosis quibusque fide et devotione semetipso in uicem preuenientibus resolvi consueuerant. Ita namque in omni etiam reliqua vita sua venerabiliter ab omnibus colebat. De ergo expedita sunt que ad ignem pertinebant: cum eum vellent rego ipossum etiam clavis effigere ait. Dinite me. Qui enim dedit michi ferre ignis supplicium: dabit ut et sine clavorum affixione flamas immobiliter perferam. Cum illi omissis clavis: vinculis usi sunt solis. Quibus post tergum manibus reuinctis: velut electus aries ex magno grege assumptus acceptabile holocaustum omnipotenti dei oblatus est: has preces etiam in ipsa passione profundens. Deus dilecti et benedicti filii tui ihesu christi pater. per quem tui agnitionem suscepimus. deus angelorum et virtutum et vniuersae creature ac totius iustorum generis qui omnes coram te uiuunt. benedico te qui me in hanc horam producere dignatus es. ut princeps existarem martiriū et calicis christi tui in resurrectione

vite eterne anime et spiritus mei per incorruptionem spiritus
sancti: in quibus suscipiar in conspectu tuo hodie tamquam sacrificium
pingue et acceptabile. Hic ut preparasti et presignasti: ita
et fecisti. Verus es tu et sine mendacio deus. Propterea et in
omnibus laudo te et benedico te et glorifico te per eternum
deum et pontificem ihesum christum dilectum filium tuum: per
quem et cum quo tibi in spiritu sancto gloria et nunc et in fu-
tura secula. Amen. ¶ Et cum amen insonuisset oratione co-
pleta: subiciunt ignem homines ignis eterni. Cumque flama in
gens reluxisset: vidimus miracula omnes nos quibus ea deus
videre concessit. Ex quibus et quod plurimi a domino ad hoc re-
seruati sunt: ut annuncient ceteris que viderunt. Flama etenim
in modo camere curuata specie quasi veli nauis vento sinuatis:
supra corpus martiris stetit. Quod corpus in medio positum,
non erat ut caro ardens: sed tamquam si aurum aut argentum in
sofazane candesceret. Cum preterea odorem naribus hausimus
tamquam thuris incensi: vel preciosissimi flagrantis vnguenti.
Ad ultimum videntes scelerum ministri igni corporis non posse
consumi. iussent propius accedere confectorem: et corpus cui
ignis cesserat muerone transfodere. Quo facto tam largus pro-
fusus est sanguis: ut restinguaret regum. Populus autem mi-
raculi stupore discessit attonitus: erga electos dei. tam insigni
eius fauore perspecto. Hic est ergo admirabilis et electus tem-
poribus nostris magister apostolicus et propheticus similis nequam
ecclesie sacerdos: qui omne verbum quod locutus est impletum
est et implebitur in futuro. Sed ille emulus totius boni et ad
uersarius omnium iustorum. postquam vidit quod et pro martirij gloria
et pro vita egregie virtutibus coronatus est. et per mortem per
mia immortalitatis indeponens: satis agere cepit ut reliquias eius
ad sepulturam nostris desiderantibus nemo concederet. Instiga-
batur ergo niceta herodis pater frater autem dulce adire iudicem

et petere ab eo ne humandum concederet corpus : ne forte in
quit relinquentes eum qui crucifixus ē. cristiani hunc colere in
cipiant: iudeis maxime ista machinantibꝫ. qui et nꝝos intentis
oculis obseruarunt ne eū e flāmis ad hoc ardentibus raperent
ignorates miserrimi quia neqꝫ cr̄sum aliquando possumus de
relinquere. qui mortem pro totius mundi salute sustinuit: neqꝫ
alium quemqꝫ colere qui verum d̄um et qui solus colend⁹ sit
nouerimus: martires vero tamquā discipulos domini diligam⁹
et veneremur quasi integrum fidem magistro seruantes et d̄no
quorum nos quoqꝫ infide et pseuerantia caritatis optam⁹ esse
pt̄cipes. **N**bi autem vidit centurio tam obstinatam iudeorum
cōtentionem. positum in medio ipsum corp⁹ exussit. **E**t ita nos
postmod̄ abusta ossa p̄ciosissimis ḡmīs cariora. et omni auro
probabiliora per ignem facta collegimus: ac sicut cōueniebat
ex more cōdidimus. **Q**uo et in loco etiam nunc prestante domi
no sollempnes agimus celebresqꝫ cōuentus. maxime quidem in
die passionis eius. **S**ed et cum eorū memorias qui prius passi
fuerant celebramus: vt sequentium animi ad predecessorum vitā
exemplis insignibus suscitatur. **H**actenus de beato policarpo.
Cum quo alij etiam duodecim ex philadelphia venientes:
apud smirnam martirio coronati sunt. **S**ed et in eadem episto
la continebatur etiam de alijs quāplurim is eiusdem temporis
martiribus intertexta narratio: i quibus refertur post polycarpū
qꝫ etiā metrodorus quidā ex martionis heresi presbiter igni
sit traditus. **I**nter ceteros autem qui per idem tempus marti
res extiterunt: famosissimus inibi refertur quidam pionius no
mine. **C**uius per singulas interrogaciones responsionum con
stantiam. et pro fide nostra ad populum orations quāqꝫ apud
iudices interritus semper astiterit docens et disputans etiam
in ipsis tribunalibus. vtqꝫ hijs qui in persecutione titubaue
rant cohortationibus suis ad consurgendum dexteram dederit.

et in carcere positus qualiter ingressis ad se fratribus animos eorum ad martirij tollerantiam incitarit. quo sive ipse etiam pro martirio pertulerit cruciatus. ut sit clavis affixus et ardentis rego superpositus et ut in hijs beatum vite fecerit finem si quis vult plenius scire. ex illa que nobis de antiquis martibus scripture cōposita est plenius disceat. Post hec etiam ilorum apud pergamum asie urbem martyrium gesta referuntur carpi eiusdem et papij et agathonice optime semine aliasque multasque pro beatis confessionibus martyrio coronati sunt.

**¶ Qd iustinus philosophus verbū cristi p̄dicans
martyrium meruit.**

¶ Capitulum. xvi.

c Um quibus et vir mirabilis de quo paulo superius fecimus mentionem iustius. cum secundum iam librum pro religiosis nostris defensione conscriptum. temporis illius iudicibus obtulisset: remunerationem lingue fidelis ei: erudite martyrij munus accepit: quod am philosopho crescente nomine cane tam professione quod moribus dolos viro insidiasque tendente: quoniāquidem sepe cum eo disputans auditoribus medijs nō solum optimuerat eum: verum et vehementius veritate sibi suffragante confuderat: et unde victorie sive palmam martyrium p̄cepit a domino. Hoc autem ita futurum etiam beatus ipse versus philosophus veritatis in ea defensione quam ab eo cōscriptam supradiximus: aperto sicut erat futurum prophetica mēte predixit hijs verbis. Nam et ego inquit spero me ab aliquo horum quibus pro veritate oblisto insidias esse passurū: spero baculo aut clava feriendum: certe vel a crescente hoc non philosopho. sed philacopo. idem non amatore sapientie sed amatore iactantie. Nec enim dignum est philosophum nominari eum qui de hijs que nescit publice protestat: et cristianos sine

deo esse et impios dicit ad gratiam et libidinem eorum in quos
in errore positos ipse maioribus laqueis erroris inuoluit. Si
enim ignoratur ab eo cristi doctrina et ea arguit que ignorat
nequissimus est et imperitis multo nequior: quia et impi vel
pdiote obseruant ne disputare audeant de his que ignorant. et
de illis testimonium perhibere que nesciunt. Si vero legit que
apud nos scripta sunt. et aut intellexit eorum virtutem. aut in
tellexit quidem sed dissimulat ne et ipse suspectus habeatur in
talib⁹: multo nequior et detestabilior iudicand⁹ est: qui impi
vulg⁹ captans fauorem. veritatis ac pietatis quā pbat hostis
existit et proditor. Nam et pposuisse me ei sciatis quedam: ex
quorum responsonibus nichil scire cōuid⁹ est. Et in tñ vera
sunt que dico ut putē vobis etiam questionis habite iternos
disputationes allatas: ex quib⁹ aptissime dinoscitur eum que
nostra sunt penit⁹ ignorare. Si vero nec dū venerunt ad noti
ciam vrām: paratus sum rursum vobis audientibus disputare.
Hec sunt beati iustini verba: in quib⁹ scdm ea que predixerat
per crescentis insidias martirio consummatus est.

De taciano oratore. Capitulum. xvij.

Tacianus quoq; orator vir eruditissimus in prima etate
sua cum magna admiratione oratoriam docens ex qua
et nō parum glorie quesierat: post modum ad nostra se studia
conuertens: libros etiam ipse aduersum gentes dignos mēoria
dereliquit. in quibus iustini meminit his verbis. Sz et amira
bilis inquit vir iustini satis recte psecutus est: similes istos di
cens esse latronib⁹. Et post aliquāt cū de philosophis quedam
dixisset: addit etiam hec. Cresces deniqz ille qui obsedit urbem
magnam in puerorum quidem supris omnis pibat: in pecunie
autem cupiditate nullo inferior erat. Mortem vero cum ceteris

suaderet cōtempnendam: ipse tam pessimam de ea opinionem gerbat. vt iustinum tamquā ultimo malo traderet morti: pro eo & veritatē predicans. voluptuosos et deceptores philosophos arguebat.

De martiribus quos iustinus in suis cōmemorat libris. Capitulum. xviiij.

Idem quoqz iustinus priusqz proprium defudaret. alioz qui āte se martyres extiterunt describens agones: in primo defensionis sue libro talia quedam refert. **M**ulier ait quidam cōiuncta erat viro turpi: que et ipsa prius turpiter vixerat. **H**ec postquā precepta cristi cognovit pudica effecta. viro quoqz de pudicicia persuadebat: sugerens ei scriptum esse in christianorum preceptis eternas iminere penas h̄is qui pudiciciā in vita sua iusticiamqz contempserint. **S**ed ille in eadem obscenitate persistens. alienam iam actibus suis a se faciebat uxore quippe cum nefas esse mulier estimaret in eius mariti contubernio permanere. qui naturali lege contempta nouas vias libidinis exquirebat. **S**tatuit igitur repudiare iura cōiugij: sed propinquis interuenientibz. et de mariti emendatione pollicentibus compulsa est in eis rursum cōsortio residere. **V**erum ille post hec alexandriam profectus cum turpis agere atqz inceste vite maiora nunciarentur augmenta quesisse: mulier ne ultra in cōiunctione eius manens particeps incesti hominis habere libello ei repudiij dato discessit. **T**um ille effrenus maritus quem gaudere oportuerat. s̄qz in tantum uxoris sue castitas pfecisset ut non solum nichil turpe cōmittere: sed ne mariti quidem pati enter ferre turpitudinem posse: a quo emendationem refutāte pro castimonie amore discesserit novo criminis genere pro castitate accusat uxore. **C**ristiana ē inquit. **E**t illa quidem libellū tibi obtulit impator. vt primo permitteretur ei rē familiarem

ordinare: tum deinde respondere obiecis **q** et indulisti. Verū maritus cum mulierem non posset arguere: in tholomei cuiusdā exicium qui magister mulieris in cristiana religione fuerat tali arte cōuersus est. **H**abebat amicum centurionem quendā: huic p̄suadet. vt percunctaretur a ptholomeo si cristian⁹ esset. **H**oc tantum ptholomeus tamq; amator veritatis nequaq; gloziam sue pfessionis occultans p̄cunctanti cristianum se esse cōfessus est. **H**unc continuo centurio in vincula cōiecit: et multo tempore squalore carceris maceratum. ad vltimum orbicio iudici optulit. A quo simili modo hoc solum interrogatus est ptholomeus si esset cristianus. Qui rursus tāti boni sibi cōscius diuinam religionem pretulit: et de cristi magisterio ac totius boni institutionibus publica cōfessione testatus est. Qui enim negat q; est sine dubio culpabile iudicat esse qđ negat. **C**ontinuo igit̄ post confessionem. ab vrbicio duci iubetur ad mortem. **L**ucius autem quidam cristianus vir videns tam temere prolatam sententiam: ait ad vrbicium. **Q**uid queso cause est. q; neq; adulterum neq; corruptorem. aut homicidam vel raptorē latronēq; aut alterius cuiuslibet facinoris reum: sed tantum pro nomine cristiani q; hoc se vocabulo confessus est nūcupari: ad mortem duci hominem precepisti. **N**ō sunt hec digna pio impatori. nec sapientissimo filio eius. neq; sacro senatui: que agis o vrbiti. **A**t ille nichil aliud iquirens. ait ad luciū. **V**ideris michi. et tu cristianus esse. **C**umq; luciū respondisset hoc plane sum: etiam ipm orbicius duci pariter iussit ad mortem. **A**t ille gratias inquit ago q; me nequissimis dominis absolutū. ad bonum et ad optimū patrem et regem omniū deum remittis. **S**ed et tertius quidam pari modo libertate vſus: pari q; sententia punitus ē. **P**ost hec illa iustinus annexuit ex ordine que paulo ante retulim⁹: idem et ego inquit spero me ab aliquo hor⁹ quibus p̄ vereitate obstiti insidias esse passuz et cetera.

T. Qd iustini scripta ad nos vlgz puerit. Ca. xix.

Durima autem nobis hic vir studiorum monumenta dederit. quibus erudite eius anime ac diuinis dedite disciplinis indicia colligamus: in quibus emolumenti plurimum inuenire possunt hi⁹ qui amorem doctrine et scientie gerunt. Extat igitur eius liber hic de quo superius memorauimus ad antoninum qui dicebatur pius et filium eius ac senatum pro nostra religione cōscriptus. Sed et secund⁹ nichilominus defensionem nostre fidei continēs quem scripsit ad successorem supradicti principis antoninum verum: cuius tempora nunc cepimus explicare. Sed et ali⁹ liber est aduersum paganos: de quo de singulis vel nostris vel grecorum philosophis conferens disputationem latissimam cōserit. Ibi etiam de natura demonum disserit quadam: que h̄i⁹ inserere longum est. Sed et ali⁹ liber aduersum paganos: qui supscribitur cōfutatio. Est et ali⁹ eius liber de monarchia: quem non solum de nostris libris. sed et de grecorum voluminibus texuit. Est et ali⁹ qui supscribitur psaltes. Et ali⁹ velut in subnotationum modo de anima in quo diuersas questiones inseruit. ex h̄i⁹ que apud grecos philosophos agitantur: quibus cōtradicturum se repromittit. et suam de h̄i⁹ sententiam in illius responsionis volumine probaturum. Composuit etiam dyalogum quasi cum iudeis quem apud ephesum cum riphone hebreorum nobilissimo doctore habuit: in quo exponit quomodo ipse per diuinam gratiam ad crudelitatem vere fidei perductus sit: cum prius imensum studium erga philosophorum gesserit disciplinas perquirende veritatis amore detentus. Simulqz refert de iudeis. qz aduersum ecclesiam christi isidij⁹ feralibus agant: et pro h̄i⁹ insimulat triphonem dicens: quia non solum non penituisse pro h̄i⁹ que a vobis male gesta sunt: sed et viros aptos ad hoc elegistis de
medii

iberosolimis et misistis per omnem terram qui circuiren^t et
dicerent impiam heresim surrexisse cristianorum: simul et crimi-
nosa quedam diffamarent aduersum nos: quo scilicet hoc ig-
norantes quicq; deterriti cōsortia vestra vitarent. In quo non
solum vobisip̄is sed et alijs opprobria fingendo causa mortis
exitistis. Scribit autem gr̄vlsq; ad sui tempora propheticie gra-
tia in ecclesiis floruerit. Sed et apocalypsim iohannis apostoli esse dicit: propheticis etiam quibusdam testimonij vtitur
ad triphonem cōvincens eum de h̄is que iudei abscederint hec
de scripturis et abstulerint. Sed et multa eius alia apud quā-
plurimos fratrum feruntur que ita probabilia ac digna vete-
ribus iudicata sunt: ut hyrcenus ex ipsis inueniat allumere.
et in quarto aduersum hereses libro de h̄is hoc modo scribere.
Et bene inquit iustinus in eo volumine qđ aduersum mar-
cionem scribie preceptus est dicens quia ipsi deo nunq; acqui-
scerem: si alium deum diceret preter omnium creatorē. Et
iterum in quinto eiusdem operis libro dicit. Et optime inquit
iustinus affirmat. quia ante aduentum domini nunquā ausus
est satanas blasphemare deūm: quippe qui nōdum agnouisset
damnationem suam. Nec autem nobis necessario de opusculis
iustini dicta sint: ad iquisitionem libror̄ eius studiosos quoq;
fidelium prouocantibus.

**¶ Qui tunc episcopi romane et alexandrine atq;
antiocheni ecclesie prescrunt. Capit. xx.**

Agit octavo anno supradicti principis aniceto unde cimo
anno episcopacū sui defuncto: successit soter. Apud alex-
andriā vero celatione quatuordecī annis ministraio sacerdotio
agripinū successore reliquit. Apud antiochiam vero theophilū
per idem tgs sextus ab apostolis ecclesie p̄tificatum tenebat:

vbi quartus post heronem fuerat cornelius post quem quinto
gradu heros successerat.

De h̄is qui memoratis temporibus ecclesiastici scriptores
emicuerint et de hereticis eiusdem temporis. Capit. xxi.

Dicit egessippus de quo supra memorauimus insignis ha-
bebatur: et dyonisius chorinthiorum episcopus. Sed et
pinitus nobilissimus apud cretam in episcopis fuit. Philippus
etiam et appollinaris et melito musanusqz et modestus et preci-
pius hyreneus: quorum omnium ad nos usqz apostolice fidei et
sane doctrine preclarissima monumenta perlata sunt. Ex quib⁹
egessippus in quinto cōmentario libro vbi sententiam sue fidei
plenissima cum astrictione designat: indicat etiam hoc qz cum
ad urbem romanam pergeret plurimis per loca singula episcopis
in sermone et caritate congressus. omnes eiusdem fidei predica-
tores doctoresqz reppererit. Simul et de epistola clementis ad
chorinthios scripta qdam cōmemorat: que etiam inserere huic
operi nostro necessarium duxit. **N**it ergo. Et permansit inquit
ecclesia chorinthiorum in predicatione recta usqz ad primum
ep̄m. quem romā nauigans vidi cum eo et resedi apud chorin-
thum diebus multis. delectatus puritate fidei eius. Cum autē
venisset romanam permansi inibi. donec aniceto soter: et soteri
successit eleutherus. Sed et in omnibus istis ordinationibus
vel in ceteris quas per reliquias vrbes videam. ita omnia ha-
bebantur sicut lex antiquitus tradidit: et prophete idicauerūt
et dominus statuit. Item idem ipse etiam de hereticis qui suo
tempore exorti sunt: talia quedam cōmemorat. Et postea iisque
Iacobus qui cognominatur iustus martyr effectus est. sicut
dominus etiam ipse reddens testimonium veritati. electione
diuina symeon cleophe filius episcopus ordinatur: electus ab

omnibus pro eo quod esset cōsobrinus domini. Propterea autem tunc ecclesia virgo vocabatur: quia nondum fuerat ad u'terini verbi subreptione corrupta. Sed theobutes quia repulsam meruit episcopatus: ipse cepit in inicio perturbare omnia et eorum pere: qui erat ex septem heresibus in populo constitutus: ex quibus et symeon a quo symoniani: cleopius quo^z vnde cleopiani et dositheo vnde dosithiani et goetheus vnde gotheni. et masbutus vnde mas buteni: sed et menendriani ab ipsis et marcione. et carpocretiani. et valentiniani et basilide et saturniani Quorum unusquisq; diuersis corruptiōib; fidei seorsum scisma componens: propriam sectam et proprios habuit sectatores. Ex ipsis processerunt pseudo christi et pseudo prophete et pseudo apostoli qui in diuersas partes fratrum unitatem scindentes. per corruptelam doctrine castum ecclesie cubile macularunt: impietatem loquentes aduersus dominum. et aduersus christum eius. Sed et antiquas iudeorum hereses idem ipse scriptor que vel quante fuerint: per hec verba designat. Erant inquit diuerse sententie in circūcisione id est in filiis israhel: que maxime aduersabantur tribu iude ex qua christus est. Erant ergo esaei. galilei mero baptiste. masbutei. samarite. saducei pharisei. Sed et alia quā plurima scribit: de quibus ex parte iam pro locorum oportunitate in superioribus memorauimus. Differuit autem et de euangilio secundū hebreos et syrios et quedam etiam de lingua hebraica disputauit. et iudaicarum traditionum meminit: per quae invitat se ex hebreis ad fidem christi venisse. Verum et hic ipse et hyrenceus. et omnis antiquorum chorus: librum qui attitulatur sapientia salomonis dixerunt sicut et prouerbia et cetera. De apocriphis vero cum ageret aduersum quosdam hereticos: corrupta in his quedā ac falsata esse perhibuit. ¶ Sed veniendū vobis est tandem ad beati cyonisii cōmemorationē chorinthiorū ecclie episcopi.

cuius eruditione et gratia quā habebat in verbo dei fruebanc
non hīj populi solum quos regendos suscep̄erat; sed et procul
positi quibus per epistolā presentiam suam reddebat. Extat
deniqz epistola eius ad lacedemonios scripta de catholica fide:
in qua et de pace atqz vnanimitate florentissime docet: et alia
ad athenienses in qua ad euangelij credulitatem inuitat et
concitat segniores simul et arguit quosdam velut pene prolap
sos a fide. cum episcopus eorum publius fuisset martirio coro
natus. Sed et quadrati qui publico successerat in sacerdotium
memit simul et memorat q̄ labore ei⁹ et industria rediui⁹ qui
dam in eis calor fidei repatus sit. Et illud in eadem designat
epistola q̄ dyonis⁹ ariopagites qui ab apostolo paulo instruc
tus credidit cristo sc̄dm ea que in apostolorum actibus desig
nantur: primus apud athenas ab eodem apostolo episcopus
fuerat ordinatus. Fertur et alia eius epistola ad nicomedieſes
in qua heresim marcionis impugnat: et ecclesiastice fidei regu
lam mira laboratione constituit. Scribit et aliam ecclesie goz
tinensium ceterisqz simul ecclesiis crete: in qua episcopum ip
sorum philippum velint magnis virtutibus et optimis studijs
preditum protestatur. Dicit autem ab hereticorum conuiujs
abstinendam. Scribit et aliam ecclesie aristrenorū ceterisqz
cum ea ponti ecclesiis: in qua bachilidis et episti meminit tā
quā qui eum exhortati sunt ad scribendum. et multa in ea ex
diuinis scripturis explanat: simulqz episcopi eorum mensionē
facit nomine palme: sed et de nuptijs et castitate plura cōme
morat: Et ex quocumqz lapsu resurgentes et cōuertentes se a
peccato: etiam si ab heretica prauitate resiliant suscipi iubet.
Coniungitur et hījs alia eius epistola ad gnosios in qua com
mouet et deprecatur episcopum eorum nomine pynetum. ne gra
via onera discipulorum ceruicibus superponat: ne ve fratrib⁹
necessitatem compulse castitatis indicat. in quo nonnullorum

piclitetur infirmias atqz rescribens pynetus dyonisio senten-
tiam quidem consiliū melioris amplectitur. simulqz obsecrat eum
post illa que prius rescriperat robustioris etiam validioris
cibi et de cetero scripta transmittere: e quibus ad meliore p̄ro-
fectum ecclesie sue populus aleretur ne semper cibo lactis inhe-
rentes per uulorum vitam in corpe iam senescente perduceret
simul et recte fidei sui insignia et sollicitudinem quam erga cu-
ram plebis expendit: eruditioñ. ac sapientie verbi diuini
in hac epistola pynetus vobis velut in quodā speculo viuentē
sui dereliquit p̄magine. **D**yonisi aut̄ fertur et alia ad romanos
epistola data ad episcopum soterem: in qua instituta antiquit̄
tradita in ecclesia romana custodiri libenter amplexum se b̄hs
indicat verbis. **A** principio namqz moris est inquit nobis om-
nes fratres var̄js iuuare benefic̄js: multisqz ecclesiis que sunt
per diuersa terrarum loca cuncta quibus indigent destinare. Sin-
gulorū quoqz necessitatis in omnibus cōsolari: sed et per me-
talla fratribus religatis que usus poscit prebere. **H**ec ab iūcio
romane ecclesie facere moris fuit: a patribus sibi huiuscemodi
institutione dimissa et semper integre custodita. **B**eatus vero
episcopus vester soter non solum seruauit que patres tradide-
runt. sed et auxit in melius: qui non tantum sanctis que usus
corpalis exposcit imptitus est: verum et aduenientes fratres
clemēti satis et mitissimo solatur alloquio. et tamqz pium se ac
religiosum patiē singulis exhibet. **I**n haec ipsa scriptura memit
etia epistole clemētis ad chorinthios scripte significā veteri
iūstituto et antiqua cōsuetudine sp̄ ipam eplaz lectā esse in ecclā
Deniqz sic dicit. **B**eatam inquit duxim̄ hodiernā dñicā diē ī
qua legim̄ eplaz vrām quā et semper ad nostri cōmonitionem
legemus: sicut et illam priorē a clemente ad nos scriptam.
Idem adhuc ipse de epistolis suis tamquā falsatis a quibusdā:
hec scribit. **E**pistolas enī quasdā fr̄ibus rogantib̄ me scripsi:

quas tamen apostoli satane zizanis repulerunt: quedam ause
rentes alia autē adentes: quibus ve repositum est iudicio dei.
Quid autem mirum si dominica verba sancte scripture falsare
conati sunt qui vilia hec que nos scripsimus corruperunt: Fer
tur adhuc et alia p̄ter istas dyonisii epistola ad titiosphorum
fidelissimam sororem scripta. in qua conuenientes vel sexui vel
mensure eius rationabiles ei diuiniverbi exhibuit dapes. **S**ed
de dyoniso sit satis dictum. **T**heophili vero quem anthi
ochie episcopum supradiximus. feruntur tres institutionum li
ibri ad antholicum scripti: et aliis liber aduersus heresim her
mogenis. in quo et testimonio vtitur de reuelatione iohannis.
Sed et alij instant eius istructionum variarum libelli. **I**git̄
ea tempestate hereticis per omnem locum zizaniorum modo
pura verti dei semina maculantibus et areas apostolice fidei et
doctrine adulterina admixtione fedantibus: ex omni parte sa
cerdotes domini velut vigilantes agricole excutere eorum et
expurgare mala semina nitebantur: et tamquam solliciti pasto
res insidiantes lupos gregibus cristi. clamoribus simul insec
tatioibusq; repellere: cōmonendo fratres istruendo. scribendo
etiam longe positis: ipsos quoq; interdum sicubi coram depre
hendissent cominus perurgendo et verborum lucta ac disputa
tionum certamine prosternendo: alij etiam in posterum consu
lentes questiones eorum et peruersas obiectiones editis com
mentarijs confutando. **I**nter quos theophilus de quo nunc lo
quimur. non ignobili aduersus eos: id est aduersum marcionē
indicatur ex hijs que legimus. disputatione congressus. **H**uic
igitur septimus ab apostolis ī antiochene ecclesie sacerdotio
maximinus succellit. **S**ed et philippus quem gortinensis ec
clesie episcopum supradiximus: nobile etiam ipse monumentū
aduersum marcionē dereliquit. **S**imiliter et hyreneus. **M**agni
ficientius autem ceteris modestas: qui omnes ipsius deceptiōes

et fallacias retecto quo velabant nequicie tegmen denudauit.
Melito quoqz sardensis antistes ecclesie. et apollinaris apud
iberaopolim ecclesiam regens celeberrimi inter ceteros habebat
tur: qui et impatori romano appollogeticos similiter libros p
nostra fidelculentissime cōscriptos porrexerunt. **H**oy cōpta re
lata sint. monumenta que ad nostram vslq noticiam puenerunt.
infra ostenditur. **M**elitonis de pascha libri duo: de optima con
uersatione liber vuus. **S**ed et de prophetis de ecclesia. de die
dominica. de fide hominis. de figmēto. de obedientia fidei. de sen
sibus. de anima et corpore et mente: de lauacro de veritate. **I**tem de
fide de generatione cristi et de prophetia eius. **I**tem de ani
ma et corpore. de hospitalitate. **I**tem liber qui dicitur cla
uis. **D**e dyabolo et reuelatione iohannis. de deo corpore indu
to: et post omnia liber ad antonium. **V**erum in libello suo de
pascha: tempus quoqz quo scribebat insinuans ita dicit. **S**ub
sergio inquit paulo proconsule asie: quo in tempore fagaris
martirio coronatus est. questio ingens aborta est apud lao
diciam de pascha: quibus diebus hec scripsimus. **H**uius eti
am ipsius libelli mentionem facit clemens alexandrinus in
opere suo. vbi de pasche ratione scribit. quod se dicit ex occa
sione huiusipius libelli. qui a melitone prius editus fuerat
scribere. **I**n eo autem libro quem ad imperatorem scribit: ta
lia quedam cōmemorat illis temporibus aduersum nos gesta.
Quod nunquā inquit factum est: nunc persecutionem patitur
genus piorum. **E**ffugantur vndiqz nouis decretis per omnem
asiam promulgatis. **I**mpudentes namqz homines et calump
niosi qui rapere aliena desiderant. occasione accepta imperialiū
preceptorum: predonum more die noctuqz grassantur et di
ripiunt innocentes. **E**t post aliquāta iterum dicit. **E**t si quidē
te iubente id faciunt: bonum credamus. quidquid iusto impe
ratoze iubente cōmittitur. **S**ed et nos libenter ferimus mortē:

quam a te cognoscimus irrogari. Sed hoc est solum q̄ te obse-
ramus. vt ipse prius ministros proteruitatis huius requiras:
et si a te mandate sunt iste quas irrogat mortes ipse discutias
Ibi vero tuam quoq; cōscientiam preceptum illud tam i mane
et tam barbarum latet: obsecramus ne nos despicias: et patia-
ris religiosos ciues tam publico latrocinio iugulari. **E**t iterū
post aliquanta addit etiam hec. Etenim philosophia hec qua-
nos vtimur primo quidem florebat apud barbaros. **I**ntroducta
est autem etiam romane vestre conuersationi augusti temporib;
bus: ex quo et regni vestri sublimius culmen ascendit. obser-
uantie huius auspicij e'euatum: cuius imperium feliciter pro-
pagati tu felix successor existis: et traditum tibi feliciter ser-
uas vna cum filio principatum. **D**ropter quod et simul tibi cū
imperio traditum nostre philosophie ritum pari religione cū-
todi. velut qui ingressu suo patribus tuis causam prosperita-
tis intulerit. et fidem que cum ipsius augusti felicitatibus ad-
leuit: integrum tu quoq; nunc regnans illibatamq; conservas
quia nec ipsi augusto in ingressu eius vel in progressu triste ali-
quid accidit sed econtrario leta omnia magnus successibus ple-
na obsecrantibus deum summum pro imperij eius statu religio-
nis huiuscmodi cultoribus: nec quisquam principum nisi nero
solus et domianus: naquam hominum suggestionibus aduer-
sati sunt dogmati nostro. **E**x quorum tempore accidit nos fal-
sis calumpnijs infamari. **S**ed illorum errorem qui ex ignoran-
tia venerat emendaerunt patres tui: qui frequentibus post-
modum decretis animaduerterunt in eos qui auderent moles i.e.
aliquid huiusmodi cultoribus irrogare. **I**n quibus avus tuus
adrianus. et ad alios quidem multos iudices: precipue tamen
ad fundanium proconsulem asie pro hoc litteras dedit. **P**ater
vero tuus tecum pariter romani regni apicem regens: omnib;
quidem generaliter ciuitatibus maxime tamen ad laris et

telalonenses et athenienses pro hjs mittit edicta. Te ve
ro multo magis eandem credimus seruare sententi am: ym
mo et multo clementius confidimus prouisurum. tamq; qui
vere philosophie et pure religionis amator existas. **H**ec et
multa alia nobiliter ab eo scripta: in libello de quo memo
ravimus inferuntur. In hjs autem que de explanatione scrip
turarum scribit quasi in prefatione enumerat que sint volu
mina veteris testamenti que in canone debeant obseruari
quam partem scripture videre hjs necessarium puto. **M**elito
onesimo fratri salutem. Quoniam quidem frequenter
me rogasti pro studio quod habes erga verbum dei. ut ex
cerpam tibi testimonia ex lege et prophetis de saluatore.
et de fide nostra simulq; indicem qui sit ordo vel nume
rus veteris testamenti voluminum: postulata libenter ex
pleui. sciens q; sit in te discendi studium. vel quanta fidei
deuotio vt et vite eterne desiderio nichil preponis. **S**cias er
go perrexisse me usq; ad orientis locum vbi predicationis
nostre cepit exordium. et vbi gesta sunt omnia illa que le
guntur scripta ibiq; de omnibus diligenter explorasse. que
essent veteris testamenti volumina. **V**bi igitur que cum
omni inuestigatione comperi hec sunt. **M**oysi libri quinq;
genesis. exodus. numeri leuiticus deuteronomium tum deinde
ab hebreaue. iudicum. ruth. regnorum libri quatuor: galipo
menon libri duo. psalmi dauid. **S**alomoni prouerbia que et
sapientia: ecclesiastes cantica cantorum. Job. Prophetie au
tem ysaias. iheremias. duodecim prophetarum liber unus: da
niel ezechiel. esdras. **E**x hjs ergo ego eulogias tibi id est ex
cerpta testimonia in sex libris digesta transmisi. De melito
nis monumentis ista comperimus. **A**pollinaris vero cum
multa a multis habeantur: ad nos tamen ista sunt que venerunt
Apologatio liber ad pdicendum imperatorem scriptus: et aduersum

paganos libri quinq^z. **D**e veritate libri duo: et quos post mo-
dum edidit aduersum cathafrigas. montanum scilicet et pseudo
prophetissas eius. qui tunc primum deuandi a recto itinere
exordium sumpserant. **S**ed et musani cui⁹ in precedentibus fe-
cimus mentionem fertur libellus multa elegantia scriptus ad
quosdam fratres: qui declinauerant ad heresim que dicitur en-
tracitarum tunc nuper exortam. **C**uius autorem extitisse tacitum
sermo asserit illum ipsum de quo in superioribus memo-
rauimus beato iustino testimonium dante: cuius eum in disci-
pulum ferunt. **D**e quo tamen et hyreneus in primo libro cōtra
hereses hec refert. **I**n saturnino inquit et marcione descendērūt
et h̄j qui vocantur entratice nuptias refutantes. que a deo an-
tiquitus insitute sunt. et subtiliter accusantes illum qui ab in-
icio masculū et feminam ad f̄stitutionem humanī generis fecit
Sed et ab animalibus abstinentiam predicant: ingrati exis-
tentes deo qui hec humanis v̄sibus procreauit. Contradicunt
etiam primi hominis salutē. **E**t hoc nunc inuentum est ab h̄js
quibus tacianus quidem autor extitit et huiuscmodi blasphe-
mias introduxit. qui fuit quidem autor iustini: sed donec cum
ipso fuit. nichil tale sentire se p̄didit. **P**ostea vero q̄ ille mar-
tir effectus est abscondit se ab ecclesiis v̄vauris arrogantia tu-
midus et latione nimia inflatus qui se ceteris duceret meliore
proprium maluit q̄ a veteribus traditum docendi insitueret
stylum. secula quedam inuisibilia scđm valentini fabulas intro-
duces. **N**uptias autem et fornicationem corruptionemq; pari
iudicans lege: similia marcioni saturninocq; confirmat. **D**e sa-
lute vero adam in dubium deducenda: nouis questionibus cō-
mentatur. **E**t paulo post idem hyreneus addit etiam hec. **N**on
multo post autem inquit severus quidā supradicte heresi robur
adiungens. fomenta maxima eius sectatoribus prestitit: vnde
et magis severiani appellati sunt. qui vtuntur quidem lege et

prophetis et euangelij: sed propria quadam interpretatione
scripturarum sensum peruerunt. **O**btrectant autem paulo apostolo et refutant eius epistolas: sed neque actus apostolorum suscipiunt. **V**erumptamen prior eorum autor tacianus collationem quandam fatiens euāgeliorum. nescio quomodo cōposuit euangelium vnum ex quatuor. quod dyatesseron nominauit: quod etiam nunc habetur a multis. **D**icitur autem et nōnulla ex sermonibus apostoli permutasse: tamquā qui emendare velit ordinem cōpositionemq; verborum. **R**eliquit autem hic ipse infinitum librorū numerum. **S**ed ille quem aduersum gentes scripsit liber: ex omnibus scriptis eius. precipuus et valde utilis cōprobatur. **S**ed et de hīs satis dictum. **P**er idem tempus in numerus heresibus vbiq; pullulantibus. et precipue apud mesopotamiam: bardanes quidam vir disertissimus in syrorum lingua et vehemens dyaleticus aduersum marcionem aliosq; nonnullos dyalogos scripsit: quos propria lingua compositos edidit. **S**ed et plura alia eius extant volumina: que discipuli eius in grecorum vertere sermonem. **E**rat namq; ita potens in verbo et doctrina et in disputationibus validus: ut plurimos et nobiles habuerit viros sectatores. **E**sit eius et ad antoninū de fato potentissimus dyalogus. **S**ed et alia multa scripsit: que satis utilia et per necessaria persecutionum que tunc erant temporibus extiterere. **F**erunt autem hunc ipsum fuisse primo de yaleutini scola: sed cum magistrum notasset erroris et ieratas eius fabulas arguisset: visus est sibi ad meliorem et rectam fideli sententiam couertisse: nec tamen ex integro vetere errorum sordes maculamq; depositus. **H**isdem vero temporibus etiam romane ecclesie soter episcopus viuendi finem fecit.

I. Incipit liber quintus ecclesiastice hystorie. Q8
Soteri romano episcopo eleutherus successerit et
de persecutionibus eiusdem epis. Capitulum. i.

Hic soteri episcopo octo annis in urbe
roma sacerdotio ministrato duodecimus ab
apostolis succedit eleutherus: septuaginta
imperij antonini veri. Quo in tempore per
multas romanis orbis provincias ex accla-
matione et seditione vulgi persecutiones
aduersum nostros durissime concitate sunt: ita ut multa mi-
lia martirum per singula loca fierent. Quod conicere ex his
facile possumus que ad rerum gestarum memoriam conseruanda
litteris mandata repperimus. Et quavis de hoc plenior nobis
narratio quam de singulorum martirij prosecuti sumus sui sub ty-
tulo videatur exposita que instructionem doctrine pariter et sci-
entie necessariam non minimam continet. tam enque etiam pre-
senti operi competere duximus. pauca inserimus e multis. Alij
namque scriptores historiarum referant bella. trophea victorias
magistratum ducumque fortia gesta concelebrant mortesque ci-
vium aut hostium narrent: patriam coniuges liberos diversis
cuncta cedibus confusa describant: noster hic sermo qui narrati-
onem continet de his que ad deum pertinent rebus. absurdum
non erit si bella describat que caro pro anime salute perpetua
est: et pugnas quas anima ut celestem patriam recuperaret
exceptit: si certamina eius referat que pro fide veritatis exegit
in quibus non aduersum mortales milites: sed aduersum spiri-
tuales demones dimicauit. non pro liberis carnis sed pro spiri-
tua libertate. Si nunquam monumentis litterarum mandemus pre-
lia que non pro terrarum spacijs nec provinciarum possessio-
nibus. sed pro celorum regno et paradisi hereditate pacta sunt

non regni mortalis imperium que situra. sed ab immortalis rege
omnium deo triumphorum gloriam perceptura. Galliarum igit
nobilissime urbes lugdunensium videlicet et viennensis: quas
precipi lapsu preterfluit rodanus nobilissimus fluuiorum. In
hijs que et quata erga dei martires gesta sint supra memorati
antonini veri temporibus descripta per ordinem ab eis ad ec
clesias aste et frigie fidei relatione transmissa sunt: de quibus
ut fides certior habeat ipsa scriptor exempla subiciam. Serui
christi habitantes apud viennam et lugdunum gallie urbes fra
tribus oibus qui per asiam et frigiam eandem quam nos redempti
onis christi fidem et spem gerunt: pax vobis et gratia et gloria a
deo patre et christo ihesu domino nostro. Et cum non nulla velut
in prefatione persecuti viderent post aliquanta ita rerum gestarum
ordinum inicium: ¶ Tribulationis aiunt nostre magnitudinem
et gentiliu furorem quem sanctis martiribus intenderunt: sicut
est enumerare nec presentes quidem ipsi sufficiuntur. ne dum scrip
tura comprehendere. Omnibus etenim viribus congressus est ini
micus tamquam qui iam per acerbitatem persecutionis aduen
tus sui ostentaret inicia: et per hoc instrueret et informaret
ministros suos aduersum seruos dei omne ministerium sceleris
et crudelitatis explorare. et prima nobis domorum prohibe
retur habitatio. tum deinde usus balnearum post etiam pro
cessus ad publicum: ad ultimum ne omnino in quolibet loco
domi forisque publico priuatoque videremur. Sed aderat dei gra
tia: que fragiliores quosque nostrorum de manibus eorum eri
piebat. Producebat autem in medium viros stabiliores co
lumpnis qui possent per patientiam suam non solum ferre im
petus quos excogitabat inimicus: sed et ultro expetere. et spo
te se omnibus uel opprobiorum uel tormentorum cruciati
bus obiectare: et lassitudinis iam pene tortoribus ipsi ad
huc parum putare pro eo quod moram sibi hanc esse quodammodo

ad cr̄stum festinantibus crederent: rebus fere ip̄sis et patientie
virtute clamantes quia non sunt condigne passionis huius
temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Fere
bant ergo fortiter acclamations aduersum se: et opprobria at
q̄ iniurias populi et contumelias eorum. laudes suas ducebāt.
Sed et verberari se ab eis ac lapidari et cōcludi patienter ac
cipiebant equanimiter suscipientes quidqñid illius furentis
vulgi excogitasset insaniam. Deniq̄ quodam tempore astante
tribuno et primoribus ciuitatis. pro solis acclamationibus po-
puli correpti et in carcerem trusi sunt fratres vsq; ad presen-
tiam iudicis: cuiq; aduenienti offeruntur. In quos ille tāta cru-
delitate vsus est: vt seuicie eius species singulas nemo possit
exponere. **V**erti igitur epagathus vnus ex fratribus. qui et
in deum perfectam caritatem. et in homines integrā custodiret:
cuius vita cum esset adolescens ita examinata erat omnibus
et probata. vt etiam grauissimis senibus preferretur: in omni-
bus enim intedebat mandatis et iustificationibus domini sine
querela: ad obsequia quoq; seruorum dei promptissimus erat:
is cum zelo diuino et feruore spiritus plenus tam crudelia ser-
uis dei supplicia vide ret inferri. et contra ius fasq; tot penas
humanis visceribus excogitari: indignitatem rei vltra non fe-
rens. poposcit se audiri: pro ciuib; optimis. et quibus nichil
impietatis cōmissum probari poterat locuturum. **E**rat enim et
nobilissimus inter suos et eruditissimus. Verum cum defensio
nem eius non reciparet obstinatio iudicie: inquirit tantum ab
eo si et ipse cristianus esset. **V**eque cristianum se esse clarissima
et libera voce testatus est: tamquā aduocatus inquit cristiano-
rum et ipse vindorum numero societur. **S**ed in hoc illi quidem
quid dicerent ignorabant. Ille vero habens in se aduocatum
pro nobis ihesum. quo nomine meruit honorari. sancti presbi-
teri zacharie qui erga sanctos pleitudinem caritatis ostēderat

secutus exemplum: qui et ipse duatribus adest et defensionem li-
bertatis que in nostra religione consiluit exsequitur dominicū
secutus exemplum animam suam pro ouibus posuit et pro ami-
cis et cum hoc pariter velut discipuli cristi fideles in regno vé-
turo sequuntur agnum quocumq; vadit. **H**ūjs igitur optimis
et fidelissimis duabus v̄sus omnis reliquus sanctorum chorus
prompti et alacres animas suas pro fidei libertate ponebant.
Aliqui autem impares et infirmiores inuenti. et ad illate per
secutionis euehendum pondus iuualidus decem ferme viri nu-
mero. lapsu suo lucrum nobis et ingentem tristiciam reliquerūt.
et multorum animos quos priorum fides accenderat infrege-
runt. **V**nde et omnes valde perterriti sumus. non propter tor-
menta que crudelius videbant̄ inferri: sed pro exitu cōfessionis
incerto quia multo nos grauius lapsus nostroy q̄ ea que infe-
reabantur tormenta cruciabant. **C**omprehendebantur tamen co-
tidie quos dignos dominus iudicabat in lapsorum numeros
subrogari: ita vt ex vtraq; ecclesia omnes qui studiosi et mag-
ni videbantur et quorum labore et industria regebantur ecclē-
sie vniuersi pariter tenerentur. **A**ccidit autem etiam ser-
uos comprehendendi quorundam ex nostris paganos: quoniam
quidem publice iussi fuerat requiri omnes et teneri. Quiq; de-
monis instinctu cum tormenta pertimescerent que inferri sanc-
tis videbant monentibus se in hoc ipsum militibus quibus
ta fuerat preceptum commentati sunt aduersum nos: velut
athreus fratri sui tyestis occidit duos filios et nescienti ap-
posuit epulandos et ille comedit ignarus: edippus autem cum
matre concubuit thiestias cenā et incerta edippia perpetran-
tes et alia que ne proloqui aut cogitare nobis fas est et qua-
lia nec credere quidem possumus aliquando apud homines
gesta. **Q**ue cum de nobis diffamata fuissent in vulgus: hor-
rori maximo et execrationi apud omnes homines esse cepim⁹

etiam apud eos qui prius aliquid moderationis erga nos ser-
uandos esse censebant: et oes simul tremere aduersum cristianos
atqz insaciabili odio furere ceperunt. **Tunc** vidimus compleri
illud quod a domino dictum est: quia veniet tempus in quo
omnis qui occiderit vos putet se obsequium offerre deo. Post
hec iam supra omne narrationis genus est. et suppliciorum et
cruciatuum modus qui sanctis martiribus inferebatur perur-
gente sathanam: quo scilicet illorum confessione tale aliquid eli-
ceretur a nobis esse commissum. **In** quo omnes pari atqz eodem fu-
rore persistebant vulgus. iudex. officium. milites perurgentes
precipue sanctum nomine quendam dyaconum vieniensem: et
maturum neophyti quidem. sed in fide et patientia robustissi-
mum: sed et attalum pergamenum ciuem qui columpna et fir-
mamentum ecclesie nostre in omnibus fuit: et blandiuam femi-
nam per quam christus ostendit quia ea que apud homines des-
pecta sunt et in contemptu habentur: in magna gloria apud de-
um ducuntur: quia caritas eius ea que fragilia sunt per naturam
per gratiam facit esse firmissima. **Cum** enim omnes nos de ea
trepidaremus sed et ipsa eius carnalis domina que erat una
ex numero martirum vereretur ne forte blandina cederet in tor-
mentis. et pro debilitate corporis vix ad prime confessionis tor-
menta sufficeret tanta tollerantie virtute firmata est ut resolute
rent prius et conciderent carnificum manus qui sibi pro contem-
tiosa iudicis animositate inuicem succedebant. **Deniqz** a prima
luce usqz ad vesperam tormenta semper innouantes. ad ultimum
victos se confitentur: stupentes quomodo in ea spiritus perma-
neret: cum nichil iam in illa ex corpore per supplicia rese disset
Sed illa vere beata. ut postmodum nobis ipsa dissenserit. quoti-
ens vocem confessionis emisit et christiana sum proclamauit: to-
ciens noue vires corpori reddebantur: et tamquam ablutis per
confessionem doloribz: instaurabatur recentior ad agones eoqz

magis quo intellexerat q̄ vox pia sensum doloris extingueret
sepius et alacrius cristiana sum et nichil apud nos mali geri
tur proclamabat. **D**yaconus quoꝝ sanctus nomine. etiam ipse
supra ꝑ dici potest. et supra quam fas est humanam ferre natu
ram acrius insistentibus ministris demonum quo aliquid ab eo
elicere possent confessionis illicite. noua penarum genera pro
tulit: et que longe substantiam humane conditionis excederet.
At ille vir deo plenus. in tantum crudelitates eorum risit. et fe
rinam in questione seviciam: vt nunquā dignatus sit vel quis
esset genere aut domo vel patriam vel nomen saltem suum eis
fateri. **S**ed de hīs singulis interrogatus: nichil aliud in omni
bus tormentis nisi cristianum esse se respondit. **H**oc michi no
men. hoc genus et patria est: aliud inquit omnino nichil sum
ꝑ cristianus. **V**nde et incredibilis eos agitabat insanía: q̄ tan
tis penarum generibus consumptis. extorquere ei nec professi
onem quidem proprij vocabuli potuissent. **A**d ultimum canden
tes laminas eris et ferri: erga inguinis loca et delicatoria que
ꝝ membrorum instauratis ignibus adhibent. **E**x quo carnes
quidem eius aduste ignibus defluebāt: ipse vero permanebat
imobilis. inconcussus intrepidus: celestibus eternisq; fontib;.
qui procedunt de fonte ihesu. humanas in se temperans flam
mas. **V**erumptamen membris omnib; martir erat: et toto co
pore vnum vuln̄ horrebat. **P**erijt in eo humane forme agni
cio: et non solum quis esset. sed et quid esset tormentoz crudeli
tas ne agnosci posset abstulerat. **C**ristus tamen in eo solus p
martyrij gloriam recognoscet: qui per eius patienciam destru
ebat aduersarias potestates. et suos milites per tollerantie ra
borabat exemplum: ostendens omnibus quia nichil terribile est
vbi diligitur pater: nichil doloris est vbi fides christi est. **S**ed
artifices scelez nequaꝝ martiris erubuere virtutē. **O**n paucas
etenim dies considerantes q̄ si tumentibus ad huc vulneribus

que indignarentur etiam ad mollissimum manus factum. tor
menta rursus inferrent. et ^{denuo} domo membra iam putrefacta vexa
rent: unum e duobus fore. aut in sua eum impietatis iura cessu
rum: aut si in tormentis animam posuisset terrorem crudelitatis
et metum ceteris intentandum. Sed hoc longe contra h̄ imp̄j
cogitauerant cessit. Nam q̄ vix credi ab infidelibus potest. res
titutum in primam speciem corpus per secunda tormenta: et of
ficia membrorum que absulerat prima crudelitas. secunda re
parauit: ita vt iterata supplicia non ei iam penam contulerint
sed medelam. Sed et blandina quam paulo ante memorauim⁹
simili exemplo ad supplicia secunda reuocatur. Que cum sc̄ mi
uiua pene et in mortis quodam confinio posita. iteratis fuisse
pulsata cruciatibus: velut e sompno quodam subito euigilans
in memoriam future beatitudinis venit: et voce constanti tam
quā de celo et edito concionaretur ad populum multum in
quit erratis o viri: q̄ putatis infatum carnibus vesci eos qui
ne mutorum quidem animalium carnibus vtuntur. Et sic in co
fessione perdurans: iterum numero martirum sociata retrudit.
Sed postea q̄ beatorum martirū patientiam tyrannicam euā
nuere supplicia. alij rursus dyabolus machinis oppugnare pa
rat famulos dei: quo scilitet afflictione carceris et penali squa
lore consumpti ac septimo vt dicunt punctu in neruo pedes co
tra q̄ credi fas est distenti: in intimo tenebrarum loco per om
nia penarum genera que furentium seuicia excogitare poterat
deperirent. Quā plurimi ergo hoc genere in argastulis cōsum
muntur. domino suscipiente eorum huiuscemodi exitum: cuius
nec ibi defuit diuine maiestatis auxiliū. Aliquāti enim ex h̄js
qui sevissima tormenta pertulerant. nec humane aliquid me
dele permitti sunt consequi: mirum in modum virtute domini
conualescere et subitam mentis alacritatem. ac desperatum cor
ris robur recuperare ceperūt. ita vt exhortatione sua ceteros

ad patientiam confirmarent: et impatientes erant penarum illi
magis qui nuper fuerant correpti: et quorum corpora nondum
tormenta solidauerant. Illi deniq; erant qui fetoris horrore et
coclusionis tenebris necabantur. Verum beati sotini episcopi
Iugdunensis gloriosam martyrij confessio nem: fas non est silen-
tia preterire. Qui cum nonagenaria maioz esset etate. et cor-
poze vtpote illius eui inualidus: per cetera pene iam mortuus
solo martyrij amore viuebat. ducitur ad tribunalia: ymmo po-
tius defertur senio et languore resolutus. Cuius ad hoc solum
anima reseruabatur: vt christus per eum magnificentius in fra-
gili corpore triumpharet. Statuitur interea senior pro tribu-
nalibus: impie plebis vndiq; clamor attollitur: hunc ipsum esse
intonant christum. Cum vero a preside interrogat? quiam ellz
christianorum deus: respondit. Si dignus fueris scies. Hinc ve-
ro cunctos velut rabies imensi cuiusdam furoris inuasit: ita vt
qui prope astabant. alij pugnis. alij calcibus subigerent senem
nec etati nec grauitati aliquid reuerentie tribuentes. Illi vero
qui longius erant. quidquid furentibus teli venisset in manus
eminus iacebant: ita vt unusquisq; summi sibi delicii esse duce-
ret. nisi aliquid in senem sceleris intulisset. In hoc etenim vin-
dicandos suos esse credebant. Quem cum seminecem piecissent
in carcerem: incotaminatum paulo p; reddidit spm. Per idem
tempo; imensa dei dispensatio peuram et mia ex inspirato christi
dn; arte coquirit: quod nunq; fere priu a persecutoribus gestum
meminim;. Omnes h;ij qui primo comprehensi negauerant fidem
correpti truduntur in carcerem. Et quo infelicib; ne solamen
quidem penalis prestaretur exicij. non quasi christiani iam sed
tamquam homicide et incesti detinebantur h;ntes miseri duplice
penam: qmquidem ceteroru supplicia mitigabat spes et corona
martyrij. christiq; caritas et sancti spiritu gr; relevabat afflictos
islos autem ipsis penalib; catenis et pondere carceris grauij

conscientia cruciabat. ita ut vultu ipso et aspectu discernerent
a ceteris q̄ illi producebantur de supplicijs leti diuinum nescio
quid in ipsis vultibus preferentes. vincula sua monilia preci-
osa ducebant: per squalorem carceris cristi bonus odor effecti
ita ut viderent sibi non in ergastulo sed in mirotheca conclusi
Aut illi alij tristes dimerisi. ipsis q̄z cōspectib⁹ horridi et oī turpi
tudinis deformitate fediores: sed et ipsis gentilibus in multo
opprobrio expositi erant tamq̄ degeneres et ignavi qui fidem
perdidissent et crimen inuenerint: et qui cristianorum quidem
nomine caruerint: homicidarum tamen penas non effugerint:
Que cum ita geri viderent ceteri incredibiliter corroborati sunt
ita ut comprehensi absq; vlla animi mutatione constanter se
nichil aliud q̄ cristianos esse faterentur. **E**t cum quidem
in hijs locis fuissent longi⁹ prosecuti post aliquāta iterum hec
subiungit. **P**ost hec iam per diuersas species martirij
eorum velut coronam quandam varijs floribus compositam do-
minus christus intepens offerebat patri: ut ab eo velut victores
magni agonis remunerationes eternorum sumerent premioꝝ.
Nam matus et sandus et blandina et attalus in uno die in
numeris militibus gentium diuersarum ad spectaculum con-
gregatis statuuntur in medio arene: et rursum matus cum
sancto quasi nichil prius gessum fuisset ad omnium tormenta
rum et verberum genera renouantur: certantibus omnimodo
aduersarijs quatenus eorum patientiam frangerent: et ab
ipso ut ita dicam vertice coronas eorum diriperent ni sanis
populi vocibus instigari. **S**ed illis eo magis animos robora-
bat spes vicine iam glorie: quam sibi iam iamque manu con-
tingere et contrectare dextris videbantur. **C**umq; et suppicio-
rum genera et spectaculorum iam pene tempus fuisset absump-
tum: nec moueri ullatenus a sententia valuisse: cum etiam
selle ferree superpositi consumptam verberibus carnem ignis

subter ministratus exureret: ad ultimum infatigabiles martyrum
spiritus ferro cesis ceruicibus effugarunt. Blandina vero reli-
gata ad stipitem atque in crucis modum distenta: bestiis pabulū
preparatur. Que tamen in ligno pendens vultu interrito et sa-
tis leto orationem fundebat ad deum: quatenus et sibi constan-
tia, et ceteris agonis sui consortibus perseverantia prestareb.
Et facile vota sperabat implenda: que proprijs iuuabat exem-
plis. Simul et illud edocens: quod passionum christi consortibus
certum sit etiam glorie eius donanda esse consortia. Sed cum nulla
ex bestiis corpus eius auderet attingere: deposita de ligno rur-
sum reuocatur ad carcerem alijs adhuc agonibus preparanda
ut per multas victorias capud quidem tortuosum serpentis atte-
reret: fratrum vero animos ad tollerantiam concitaret: per hoc
quod ipsa in quo et fragili corpore tot certaminibus permaneret
inuicta: et per singulos agones descendere coronata. Attalus
quoque populi vocibus postulabatur. Erat enim valde nobilis:
et quod cunctis nobilius est vir optime conscientie et in fide christi
per omnia exercitia semper martir. Cumque circumactus fuisset
in amphiteatro tytulo se precedente in quo scriptum erat atta-
lus christianus: tremere in eum vulgi insanientis furore vehe-
mentius cepit. Sed cum presidi indicatum fuisset esse eum ro-
mane ciuitatis virum, iubet eum cum ceteris in carcere recipi
simul et ad cesarem refert eiusque sententiam quid de eo iuberet
exspectat. Verum inter moras positi in carcere non infructuo-
sum sibi tempus transire patiuntur: sed vigore animi et alaci-
tate fidei sue eos qui infirmiores videbantur animabant: et ipsi
nondum martyres exhortationibus martyres plurimos facie-
bant. Ex quo magnum gaudiū matri nascebatur ecclesie videnti
filios suos qui pene iam decidisse videbantur in mortem per
hos reparari ad vitā. Et monitis eorum multi qui iam negādo velut
aborsum quoddā effecti fuerant: quasi itez puriebant et christus

in eis iterum formabatur. **D**ocebantur enim ab his quia deus non vult mortem peccatoris: sed ut conuertatur et vivat. **I**gitur cum a cesare rescriptum fuisse ut persistentes quidem punirentur. negantes autem dimitterentur: die quodam celeberrimo in quo ex omnibus provinciis coeuntes nundinas apud nos agere solent: in ipso frequentissimo conuentu tribunal ascendens preparari iudex cristianos et introduci ad suppliciorum pompam prebendam cunctis qui aderant iubet. **R**ursum itaque cruces rursum pene: rursum tormenta preparantur. **E**t si qui forte eius romani reperti sunt hos plecti capite decernit: certos vero bestias tradi. **I**ngens tam ab omnibus gloria christo conferebatur pro his qui ante negauerant et dimitti neque negantes potuerant: nunc vero cum negantibus venia prestaretur in confessione persistenter: et de perdicione gregis reuocati numero martirum iungerentur. **I**gitur cum erga supradictos questio haberetur: alexander quidam genere friz. medicus disciplina vir religiosus et prudens et vite ac morum probitate cunctis carus acceptusque. amore dei conatus cum assisteret tribunali. nutibus cohortabatur ad confessionem eos in quos quo agitabatur: ita ut oibus qui astabant palam fieret quid animo gereret. **C**umque id populi notaissent indignantes maxime pro his qui quod prius negauerant rediuiua nunc confessione reuocabant: coelamauerunt aduersus alexandrum hec ipso instigante committi. **Q**ui missus a preside in medium statui et quis esset interrogatus: christianum se esse libera professione testatur. **Q**uem continuo preparandum bestias condemnauit: et postero die simul cum attolo producitur: quem contra preceptum cesaris gratificare populis volens etiam ipsum bestias tradi iussit. **S**ed cum ferarum nulla sanctorum corpora contigerisset: omnibus eos verberum ceterarumque penarum suppliciis cruciatos. ad ultimum in conspectu populi in medio arene iugulari

iubet : beato alexandro in omnibus quas perpessus est pe-
nis ne vnum quidem penitus proferente sermonem : sed ab
inicio usq; ad finem infra semetipsum semper cum domino lo-
quente et in laudibus eius ac precibus permanente. **A**ttalus
vero cum prunis subteriectis in sella ferrea torreetur: cumq;
nidor aduste carnis ad nares et ora exspectantis populi per-
ferretur: voce magna exclamabat ad plebem. **E**cce hoc est.
homines comedere quod vos facitis. Quid a nobis velut
occultum inquiritis facinus : quod vos aperta luce commit-
tis? **N**os enim neq; comedimus homines: neq; aliud quid
mali agimus. **E**t cum interrogaretur quod nomen habet
deus: respondit. Qui plures sunt nominibus discernuntur:
qui unus est non indiget nomine. Post hec nouissimo iam
numerum die blandina rursus inducitur cum pontico anno-
rum fere quindecim puero : quiq; et in priorum cruciatibus
iussi fuerant semper astare : quo magis ceterorum videntes
supplicia tererentur. **S**tatuuntur ergo in medio et iubentur
iurare per deos. Illi vero econtrario nullos esse dicebant is-
tos: per quos iurare cogerentur. **C**umq; et alii quāpluribus
verbis exprobrarent gentium deos : insanire magis in eos
cepit populi multitudo. neq; tenebam pueri etatem neq; sex
um feminine miserantes: sed per omnia tormentorum genera
quasi quodam eos articulo peragentes: nichil deesse penis pa-
tiebantur quod crudelitas inuenisset. **T**unc pōticus maxi-
mum patientie robur materna cohortatione suscipiens et
perseuerans in confessione fidei: impollutum deo spiritum red-
didit. **B**eata vero blandina ultima omnium velut mater no-
bilis premissos ad martyrij coronam filios isequi iam secura
festinat: exultans et ouans velut ad thalamum sponsi inui-
tata et ad nuptiale coniūnum. **E**x quo siebat ut in verberi-
bus tripudiaret, et eraticulis exulta gauderet: et tam hyclaris

Videretur et leta quasi inter dapes regias accubaret: post hoc
ad bestias traditur sed ab eis intacta perdurat. **I**nde etiam
aliud excogitatur crudelitatis genus: ut rethe constricta obi-
ceretur thauro ferociter instigato. **A** quo cū fuisset iunumeris
ictibus lacepsita et toto arene ambitu iactata nichil penitus
leditur: sed permanet leto vt semp vultu mente constanti: spe
ipsa et animi presumptione cum cristo iam colloquens. **A**d vi-
timum iugulari gladio iubetur: enī am stupentibus ipsis imp̄is
et dicentibus q̄ nunq̄ fuerit femina que tanta ac talia ferre
potuerit. **S**ed neq; sic quidem facietatem aliquā capere crude-
litas quivit. **A**ntiqui enim serpentis virulentia concitati: feri-
ac barbari mores mansuetere nesciebant. **E**x ipsa quippe sanc-
torum patientia seuior eis contentionis rabies accendebat:
et velut pudore quodam fatigabantur q̄ maior inesset crucia-
tis q̄ cruciantibus virtus: et ex hoc ad nephanda odia iudeo-
simul instigabatur et populus: vt scriptura compleretur que di-
cit. iniquus adhuc inique agat. et iniustus adhuc faciat iniusta.
Igitur inaudito seuicie genere eorum qui necabant in carcere
corpora canibus iubebant exponi: adhibita simul custodia die
noctuq; ne quis collectas reliquias humanitatis intuitu trade-
ret sepulture. **S**ed si quid forte vel bestijs vel igni reliquum
ex corporibus martirum fuerat. ipsa cum truncis suis capita pu-
nitorum insepulta per custodiam militum seruabantur. et que-
rebatur si quid ultra inferre posset humana crudelitas etiam in
eos qui iam vite huius limen excederant. **E**xultabant tamen
gentes magnificantes simulachria sua: quorum virtute datam
in illos vindictam dicebant. **D**i quis vero inter ipsos paulo
micior vel humanior videbatur: vbi nunc est aiebant deus eoꝝ
Et quid eis profuit ista religio: pro qua etiam animas posue-
runt. **I**gitur apud illos erat variū istud insultationis genus
Apud nos vero īgens lucis habebatur p̄cipue q̄ non possem⁹

corpora humi tradere: quippe quibus ne noctis tempore ali
qua ad hoc oportunitas prebebatur: neq; muneribus suade
re custodes neq; precibus aut ullo alio genere copia erat:
ita attente et sollicite curabat ne daretur extremis ossibus
sepultura. Post aliquot autem dies cum nullam sepeliendi
gratiap; stitissent: incensa ossa martirum et in fauilla redacta,
cum reliquo terre puluere in rodanum fluum dispersere.
ne usq; eorum reliquie residerent. Quasi vero hec agentes
deum vincerent: et sicut dicebant spem eis p; hoc resurreci
onis adimerent: sperantes enim aiebant de sepulchris qua
dogz se esse resurrecturos: idcirco noua nescio qua persua
dente siti superstitione leti se tormentis mortibusq; subici
unt. Nunc videamus si resurgent: et si potest eis adesse deus
eorum: et eripere eos de manibus nostris. Nec sunt que
ex illis temporibus gesta ex epistola fratrum lugdunen
sium declarantur. Ex quibus quid etiam per ceteras prouin
tias geri potuerit: coniectura capiendum est. Referuntur ad
huc in ipsa epistola quedam etiam de humanitate et māsue
tudine beatorum martirum: que dignum ad hec suis sermo
nibus sicut cetera sociari. Quiz aiunt ad imitationem
christi qui cum in forma dei esset nō rapinam arbitratus est
esse se equalem deo: in tanta gloria positi et semel et itez
ac frequentius martyres faci. post bestias post ignes et la
minas. neq; se ipsi martyres dicebant. neq; alij ita se appell
abantibus indulgebant. Et si forte aliquis nostrum vel in
epistola vel in sermone eos martyres non iasset: increpabant
acrius dicentes q; hec appellatio soli christo debetur: qui sol
fidelis veritatis est martyr. et qui primogenitus est ex mor
tuis et autor vite eterne: vel certe illis solis aptum esse hoc
vocabulum: qui post bonam confessionem discedere de hac
vita et p;gere meruerunt ad dū. Nos vero aiebant humiles

et egeni optamus ut ipsa saltem in nobis confessio tuta permaneat. In quod etiam ceteros fratres cum lacrimis obsecabant. Ut pro eis dominum precarentur: quapropter confessionis signaculo martirium mererentur accipere. Et tanta in eis humilitas erat ut cum rebus ipsis essent martyres: nominis tamen iactantiam fugerent. Apud gentiles vero cum omni fiducia consistebant: nobilitatem anime per contemptum iniurie et suppliciorum patientiam demonstrantes. Erat ergo inter fratres humiles iter persecutores elati: suis mites aduersarijs terribilis. cristo subiecti. dyabolo erati. Humiliabant se sub potentissima manu dei. per quam nunc sublimius exaltati sunt. Placabant ones. accusabant neminem. soluebant cunctos. ligabant nullum. orabant etiam pro persecutoribus suis. vtentes sermone sancti stephani primi martiris. dicentes. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Aduersum quos eo vehementiora dyabolus prelia constitutabat: quo per nimiam caritatem quam habebant in christo ihesu etiam eos qui lapsi fuerant et quos iam se imanis illa bestia absorbusse crediderat rursum viuos de internis eius visceribus educebant: et velut martyres erga parvulos suos: ita ergo eos totis profusi miseracionum visceribus inherebant: omnipotenti deo effundentes pro ipsis fontes ac flumina lacrimarum. vitam petebant eis a deo et tribuebatur eis. nec siti gratum iter ducebant eundi ad dominum vel letam putabant martyrum sui fore coronam si partem membrorum suorum de ecclesiis raptam velut spolia quedam detemptari a dyabolo permisissent. Super omnia autem pacem et ipsi diligebant et nobis seruare mandabant: pecuniam nisi per pacem viam ad martyrium construebant: cauentes ne ullam post se dissensionem fratribus nematri ecclesie mesticiam derelinquerunt: sed pacem semper habendam. pacem fratribus custodiendam. et caritatem precipue tenendam que est unitatis et concordie vinculum comonebant.

Hec non utiliter ut opinor a nobis ad utilitatem legentium memorie tradita sunt que ex tatorum virorum auctoritate descendunt: propter eos qui tumidi et inflati aduersum fratres feruntur: ut si qui forte titubauerint miserationum crisi viscera ab eis putent penitus excludenda

¶ Qualis attalo apparuit visio. Capit. ii.

Refertur abhuc in eadem scriptura et alia narratio: quā cognitionis causa hīs inserere dignum putaui. Alcibiades quidam erat in numero eorum. qui pro cristo vincere tenebantur. Vicitā satis arduam et austoram gerebat: nichil cibi volens accipere: sed tantum sale et pane cum aqua vtebatur. Cumq; hunc vite rigorem vellet etiam in carcere positus optinere: attalo post primam confessionem suam quam in amphiteatro eōfessus ē reuelat q; nō rede ficeret alcibiades: creaturis dei et ipse nō vti. et alijs formā scādali de reliquere. Quib; cognitus alcibiades. cepit oīa cum gratiarum actioē p̄cipere: quia que illi reuelabat spiritus ut diceret. et huic ut sequeret̄ idem spiritus persuadebat. Sed de hīs sinis sit.

¶ De montano et ceteris pseudo prophetis. Ca. iii.

Micitur montanus et alcibiades et theodotus in frige partibus tunc primum apud quāplurimos in prophetarum opinione venerunt. Et quia per illud abhuc tempus multe etiam alie virtutes et gracie in diuersis ecclesiis per donum sancti spiritū ministrabantur: facile accommodata est fides etiam hīs potuisse prophetie gratiam dari. Cūq; plurima inter fratres dissensio fuisset exorta: rursum ecclesie galliarum iudiciū suum et sententiam de hīs quoq; cum omni reuerentia ac rede fidei expositione decernunt: epistolās martirum qui apud eos

consummati fuerant proferentes quas illi in vinculis positi p
asiā et frigam fratib⁹ cōsistentibus scriperant. et eleuthero
vrbis rome episcopo de pace eum ecclesie cōmonentes . Quiq
etiam hyreneum presbiterum cum adhuc ecclesie lugdunensis
supradicto vrbis rome episcopo cōmendabant testimoniu⁹ vite
eius phibentes: sicut ipsorum etiam voces que infra scribuntur
ostendunt.

TQd martires hyreneum sua cōmendatione p̄sequuntur. **Ca. iiii.**

DAbere te in d̄um iterum et semper optamus pater eleu
there. Rogauim⁹ fratrem et socium nostrum hyreneū hec
tibi scripta deferre: quem d̄precamur vt habeas cōmendatum.
Emulator namq⁹ est testamenti crissi. Scimus enim q̄ solus
officij gradus non facit aliquem iustum. quo tamen iste rede
vititur in presbiterio: sed plus eum ex vite merito cōmendam⁹.
Enumerant etiam post hec diuersorum martirum glorias: q̄pti
ferro cesi q̄pti besl̄js quāti ignibus quāti etiam squalore carce
ris absupty sint. Que si quis vult plenū noscere: ipsas ex in
tegro requirat epistolas.

TQd sub marco aurelio cesare nostrorum precib⁹
exauditis pluuiam prestiterit deus. **Capitulū. v.**

Mcitur antonini temporibus quibus hec gesta referunt
marcum aurelium fratrem eius cesarem bella inferentē
germanis ac sermatis tradunt hystorie cum siti eius periclitata
retur exercitus. estuantem et querentem quid fact⁹ opus esset
repperisse in legione quosdam milites cristianos quibus vt
nostris mos est flexis genibus obsecrantibus exaudiisse deum
supplicationes eorum: et subito contra omnium spem largissi-
mis ymbribus profusis exercitus quidem periclitantis pro quo
orauerāt cristiani sitim sedatam: hostes vero qui iā exīcialiter

iminebant fulminibus crebris et celitus prolapsis ignibus effugatos. Quod factum refertur quidem et ab historias gentilium sed quia nostrorum id orationibus impetratum sit non refert quippe apud quos etiam cetera miracula que a nostris gesta sunt non habent fidem. Nostrorum vero et terculianus hec memorat. et apud grecos appollinaris: qui etiam ipsam legionem pro insignis facti miraculo mutato nomine vocitatem dicit ab imperatore fulminea terculianus vero martyris imperatoris epistolas etiam nunc huius dicit: quibus de his aptius indicatur. Sed nos iam ex hoc ad historie ordinem redeamus.

¶ Enumeratio romanozum pontificum. Capit. vi.

Tunc fotino nonagesimo vite sue anno cum ceteris gallie martiribus coronato: hyreneus lugdunensis ecclesie suscepit sacerdotium. Quem hyreneum policarpi auditorem fuisse in puerieia cooperimus. Hic in tertio aduersus heres libro eleutheri episcopi tipibus. que tempora nunc habemus pre manibus scribere se opus illud indicat his verbis. Fundata igitur et edificata ecclesia . beati apostoli lino officium episcopatus iniungunt: cuius lini paulus in epistola ad thymotheum meminit. Huic sucedit anacletus. Post quem tertio loco episcopatum suscepit clemens. Hic autem cum beatis aplis fuit. et cum ipsis vita semper exegit: atque ab ipsis institutus recente gerebat traditionis eorum memoriam et predicationis eorum formam semper habebat in oculis. Sub hoc ergo elemete sedicio non modica exorta est apud chorinthum inter fratres: itavtex persona romane ecclesie scriberet ipse clemens ad chorinthios epistolas necessariam: que eos reuocaret in pacem et fidem eorum quae coccussa fuerat renouare: exprimes in ea apostolorum traditionem quam nup ab eis ipse susceperebat. Et post aliquanta iterum dicit. huic autem clementi succedit euaristus et euaristo alexander:

et post hunc sextus ab apostolis ordinatur sextus: post quem
telephorus. qui et illustre martyrium sumpit. Post hunc ig-
nus: deinde pius: post quem anicetus. Huic successit sother qui
nunc duodecimo loco ab apostolis episcopatus optinet sortem
et easdem quas apostoli tradidere sunt predicationes diuine fidei
integras illibatas custodit. **Hec hyreneus i supradicis libris**
complexus est.

¶ Qd usq ad illa tempora per fidèles
miracula fiebant. Capitulum. viij.

Sed in secundo nichilominus eiusdem operis libro dices
etiam suis temporibus reliquias quasdam diuine vir-
tutis in ecclesiis inueniri: hoc modo scribit. Abest autem lōge
ab eis vt mortuum suscitent sicut dominus suscitauit. et apos-
toli per orationes: sed et fratres frequenter hoc in plurimis:
ecclesiis: ita vt omnium simul ecclesia congregata. ieunisqz et
obsecrationibus multis ad deum profusis cōuerteretur spiritus
mortui. et redderetur homo viuus per orationes sanctorum. Et
iterum dicit post aliquāta. Qd si deum per fantasiam dicent se
eisse hoc ad prophetas veniam: qui hec ab eo gerēda eē pdixerāt
et qui cōfirmauerūt hunc eē filiū dei: ppter qd et discipuli sui
in suo noīe et ab ipso accipientes grām faciunt hec ad subue-
niend saluti homī pro vt vnuquisqz meruerit. Alij nāqz demo-
nes fugant: et ita eos qui incurati sunt purgant. vt inter illi
ipsi qui curati sunt credentes in ecclesia permaneant. Alij au-
tem prescientiam accipiūt futurorum et visiones propheticas
vident: alij infirmos manus superposita restituunt sanitati. Sz
et mortui ab hīs aliquotiens suscitati sunt: et permanserunt
nobiscum per annos multos. Et quid plura? Non est numerus
singularum virtutum que per vniuersum mundum in ecclesiis
dei gerunt: per gratiam et nomē ihesu cristi sub poncio pylato

crucifixi. Que tamen cotidie fiunt non ob aliquam mutationem
neque ob pecunie questum: sed sicut gratia accipitur a deo
ita gratis eadem ministratur. Et iterum alio loco idem hyreneus
de his ita scribit. Sicut inquit audiimus multos ex fratribus
in ecclesia gratiam habentes prophetarum et omnibus linguis
loquentes per sancti spiritus donum: qui et mysteria et secreta
dei in manifesto cum expedit proferunt. Hec autem inseruimus
ut ostenderemus diuersas sancti spiritus gratias usque ad illa
ad huc tempore apud dignos quosque in ecclesiis perdurasse quoniam
quidem in initiis polliciti sumus. hec nos in tempore probaturos.

¶ Qd hyreneus canonem scripturarum diuinorum
definiuit et de septuaginta interpretibz. Ca. viij.

Sed et de ordine canonis diuinarum scripturarum. quid
etiam supradictus vir hyreneus sentiat: ipsius nichilo
minus sermonibus proferamus. Primo inquit de sanctis euangeliis
videamus. Matheus quidem hebreis propria eorum lingua
conscriptum edidit euangelium; cum petrus et paulus in
urbre roma euangelizarent: atque ecclesie inibi fundamenta soli
darent. Post quorum exitum. marcus discipulus et interpres
apostoli petri euangelium quod ille predicauerat digessit in libro.
Post hunc iohannes discipulus domini qui et supra pedes domini
recubuit: edidit euangelium apud ephesum urbem asie positus.
Hec in tertio supradicti operis libro. In quinto vero de re
uelatione iohannis scribens et de numero nominis antichristi
hec refert. Cum igitur hec ita se habeant. et in omnibus reditis
et antiquis exemplaribus iste numerus inueniatur: sed illi hec
eadem contestentur qui iohannem viderunt in corpore positum
et verbum domini predicanter: quia numerus huius secundum grecorum
copotum est et litteras que in eodem conscribuntur. Et paulo post

iterum subiungit hec. **N**os ergo periculum incurrere nolumus
de anticristi nomine: cōfidentiā aliquid pronunciantes. **S**i enī
dporteret hec et euidenter et palam in hoc iam tempore predi-
cari: utiqz et per illum qui apocalipsum scripsit nomen eius eu-
denter fuisset expressum. quia nec ipsa reuelatio ante multū m-
tempus facta est. sed pene iam nostra etate prope sine m domi-
ciani cesaris. **H**ec nobis etiam de apocalipsi vir supra memora-
tus exposuit. **N**eminit autem prime epistole iohannis et pri-
me petri: plurimacqz ipsis sumit exempla. **N**ec non et libellum
qui dicitur pastoris amplectitur dicens. **B**ene ergo resert scrip-
tura que dicit. **P**rimo omnium credendum quia vnuus est deus
qui omnia creauit atqz composuit. **V**titur autem et testimonij
de sapientia salomonis: sed et apostolici cuiusdam viri cuius no-
men reticuit sermonū quasi memoriter meminit. **T**ussini quoqz
martiris et ignacij memoriam facit: et ea que scripserunt pro-
ducit in medium: et promittit se quoqz aduersum scripta mar-
tionis responsurum. **H**ed et de septuaginta interpretibus diui-
narum scripturarum audi quibus referat verbis. **D**eus inquit
homo factus est. et ipse dominus saluavit nos qui dedit signū
illud quod de virgine scriptum est: et non sicut quidam dicunt
eorum qui modo ausi sunt aliquid interpretari scripture et aiūt
esse iuuecula in ventre concipiet et pariet filium. sicut inter-
pretatus est theodocimo ephesi et aquila ponticus. ambo iudei
proseliti: quos secuti sunt ebionite qui dicūt cristum de ioseph
natum. **E**t post pauca itez ista subiungit. **P**rius enim inquit
¶ romanorum inualesceret principatus. cum adhuc macedoēs
asiā possiderent: ptholomeus lagi silius volens bibliothece
sue quam apud alexandriam ex omnium veterum grecorum
voluminibus construebat maiorem gloriam querere: petit etiā
ab iherosolimitis. vt hebreas eoꝝ scripturas in grecam linguā
interpretatas accipet: **A**c illi subiecti quippe erāt macedonibꝫ.

electos et in scripturis sanctis erudissimos. atque in utraque lingua
peritissimos viros septuaginta presbiteros miserunt ad prophetolum
meum. in quo tamen dei voluntas et consilium gerebatur. Cum
ille singulorum volens accipere documenta. et verens ne forte
per interpretationem occultarent insertam diuinis voluminibus
veritatem. singulos a se inuicem seperat: et eadem seorsum po-
sitib[us] interpretari iubet: eundemque ordinem interpretandi in
singulis quibusque voluminibus obseruari. Quosque rursus se co-
ram in unum omnes reuocari: et conferre ad inuicem que sin-
guli interpretationi sunt facit. Et tunc deus vere glorificatur: et
scriptura sancta quod vere diuina esset agnoscitur. Omnes enim
eadem hisdem verbis hisdemque nominibus ac sententijs scripse-
rant ab inicio usque ad finem: ita ut et ipsi qui aderant gentiles
agnoscerent quia dei nutus scripture tunc interpretati sunt. Et
nichil mirum si diuina prouidentia hoc ita fieri procurauit: cum
et in ea captiuitate que populo acciderat sub nabugodonosor
rege corruptis scripturis. cum post septuaginta annos iudei ad
patriam suam redirent in temporibus artaxerxis persarum re-
gis: inspirauerit deus esdram sacerdotem ex tribu leui ut omnia
priorum prophetarum volumina ac verba repararet et restitueret
populo legem que per moysen data fuerat. Hec hyrene.

De successione romani et alexandrini pontificis. Capit. ix.

Igitur decem et noue annis antoninus cum in imperio per
durasset: post excessum sui principatum modo impera-
tori reliquit. Huius primi imperii anno iulianus apud alexan-
driam sacerdotum suscepit: agrippino exactis duodecim an-
nis in episcopatu defuncto.

De panthene philosopho. Capitulum. x.

Cum per idem tempus scole ecclesiastice et doctoris officio precesset vir in omni eruditione nobilissimus panthenus ex quo apud eos consuetudo antiquitus traditavsg ad hodiernum permanet: diuinorum scripturarum doctores inibi scole ecclesiastice haberi viros duxerat in scientia et eruditioē probatissimos. **H**uius ergo officij velut auctor et quidam dux vir de quo supradiximus satis illustris habebatur: quippe qui et in philosophis prius qui Stoici appellantur nobiliter clarisset. **C**uius tantum studij erga verbum dei et tantum amoris fuisse traditur: ut etiam ad predicandum cristi euāgelium omnibus gentibus que in orientis vltimis secessibus reconduntē fidei et deuotionis calore profectus sit: et usq; ad indiam citiorem verbum dei predicando peruenierit. Erant enim adhuc in illis temporibus et euangeliste non nulli qui ad imitationē sanctorum apostolorum in diuersis orbis partibus obrabantur per gratiā dei et animi sui virtutem verbum dei et fidem cristi ignorantibus quibusq; gentilibus inferebat: in quibus precipuus et illustris panthenus habebatur. Quem ferunt cum ad indos peruenisset repperisse: qd̄ bartholomeus apostolus apud eos fidei semina prima cōdiderit: et mathei euāgeliū hebreis scriptum Iriū dereliquerit: qd̄ per idem tempus supadius panthenus inibi reptum detulerit. **S**ed et in multis preterea alijs doctrine ecclesiastice studijs apd̄ alexandriam claram satis et nobilem vitam optimo et admirabili fine conclusit: tam viua voce discipulos instruens. qd̄ et in librorum monumentis etiā posteris thesauros sciētie derelinquens.

C De clemente alexandrino. Capitulum. xi.

Cubius diuinarū eruditōnum scolis qd̄ maxime floruit apud alexandriam clemens: eodem vocabulo quo et ille

in urbe roma apostolorum successorum et discipulus vocatus.
Denique ipse hic clemens in septimo dispositionum libro: pan-
theni tamquam magistri et preceptoris sui mensionem facit. Sed
et in primo libro stromatum hunc eundem designat in eo loco
ubi enumerat quod plures apostolice predicationis repperit viros
dicens hec. Nichi quidem cōmantarū huius operis non ad os-
tentationem scribuntur sed ad cōmemorationem senecte et ad
oblivionis remedium: quod scilicet i hīs sit michi adūbratio que
dam rerum magnificarum diuinorumque verborum que audire
merui a sanctis viris et beatis: quorum ab alio apud achaia.
ab alio apud syriam. ab alio vero in orientem. et maxime apud
palestinam institutus sum ex hebreorum origine veniente: ad
yltimum vero in egypto magisterio usus sum viri virtutis et
scientie merito omnibus preferendi: post quem velut thesauro
in absconditis reperto alium querere ultra cessavi. Et illi qui
dem diuine doctrine veritatem que sibi ab ipsis statim primis
autoribus petro et iacobo et iohanne et paulo sanctis aposto-
lis tradita fuerat. michi tamquam patres cōmendarunt: sed pauci
patribus similes filii: tamen deo fauente per ipsos in nobis aplice
germinis plantata sunt semina.

Ennumeratio iherosolimorum
pontificum. **C**apitulum. xij.

Per idem tempus ecclesie iherosolimorum narrissus
preerat qui fame merito nostris adhuc temporibus
celebratur: quintam decimam post eos qui ex circumscriptione fu-
erant successionem usque ad tempora adriane obsidionis ad
ducens. Primum namque inibi ex gentibus episcopum fuisse
iudicauimus marcum: post quem cassianum. inde publi-
cum. post hunc maximum. et sic iulianum: post quem gayum.

et iterū aliū iulianū capitōne quoq; et valentem īde dolicianū
post quē tricesimū ab apostolis narcissum.

De thodone quodam doctore et de marcionis sedā
et quibusdam alijs hereticis. **C**apitulū. xij.

Verum ea tempestate thodo quidam ex asie prouincia
orundus vt ipse scribit in vrbe roma eruditus. refert a
taciano cuius superius inter ceteros scriptores meminimus li
bros q̄ plurimos et maxime cōtra marcionis heresim scriptos
quam asserit idem tacianus in diuersas scillas esse sentencias.
Sed et qui et quā ob causam ex eadem heresi scisse sunt: ipse p
hec verba designat. Propterea inquit etiam inter semetiplos
discordant: quia id affirmare cupiunt qđ non potest stare. **E**x
eorum namq; grege est appelles: qui abstinentie et seneautis
prerogatiua v̄sus vnum quidem oīm esse fatetur inicium. Pro
phetas tamen contrario spiritu asserit inspiratos: sequens per
suasionem virginis cuiusdā arte spiritu d̄monis noīe filumine
Alij aut̄ sicut ipse autor marcion: duo esse principia introducūt
Ex quib; est potitus et basiliscus qui et ipsi secuti sunt quidē
ponticum lupum: sed nō inuenientes exitum rerum sicut ne ille
quidem. ad ea que putarunt esse faciliora conuerſi sunt et duo
principia introduxerunt absq; vllis hoc probationibus confir
mant. **A**lij quoq; ex eisdem rursus ī deterius deuoluti sunt: nō
solū duo sed tria principia et tres naturas cōfirmantes: quoꝝ
princeps et autor est serenus: sicut et ipsi defensores huiꝝ dog
matis dicunt. **S**ed et ipse describit vt cōgressus sit cū appelle
ita referens. **N**am et senex appelles habuit nobiscum sermonē
et multa mala docere cōuidus est: vnde et asserebat nō oportere
dīo fidei discuti rationēm sed vnuquēq; debere in eo qđ credit
pmanere: **H**alutē nāq; h̄js esse qui in crucifixū sperant: im vt

in bonis operibus inueniantur. Manifeste tamen decernebat
de deo: sicut prediximus vnu esse principiu. vt et nos dicimus
Et inde exponens eius omnē sententiā: introducit etiam ipse
sensem suum. Dicebā inquit ad eum. Onde tamen ostendemus
vnius principij rationem? Aut quomodo hoc asseratur edisse?
Propheticie quidem aiebat semetip̄as coarguunt: quia nichil
omnino continent veritatis ex eo q̄ inter se inuicē discordant
et utiq̄ false sunt que semetip̄as aduersantur. Quomodo aut̄
sit vnu principiu: se scire quidē denegabat ita sibi videti. Cūqz
adiuraret a me; vt qd̄ verū est diceret: sacramento cofirmauit
se nescire quō sit vnu vni genitus deus: sed tantūmodo credere
Tum ego derisum eum plane et notatū habui: qui se doctorem
profiteretur eoꝝ que se ignorare fateretur. In eodem quoqz ope
fert calistion quidem in urbe ro ma discipulus extitisse taciani
qui scripsit compositū esse a taciano propositionū et questionū
librum in quo omnia que obscura sunt et difficilia in scripturis
diuinis absoluat. Sed idem hodo in cōmentarijs suis proposi
tiones eius prolaturū se et confutaturū promittit. Est autem
eiusdem et inexameron cōmentarius in quo refert q̄ appelles
q̄ plurima aduersum legem moysi cōscripserit impia: et aduer
sum totam legem blasphemias protulerit voces: coarguens vt
sibi videret et destruens ea que ibi scripta sunt. Hec et multa
alia ex supradicti scriptoris compimus libris. Cum tamē hostis
hūani generis ad salutē hoīm debelliandā nichil vscōq̄ oīj gerit
s̄ diuersas et varias heresies p̄ singula queꝝ suscitat loca. In
quibꝫ maxim sui generis serpente apud asiam frigiā producit
mōtanū qui se pachitū noīaret: et cū eo mulieres priscā et maxi
millā quas pphetissas velut ex ipsius factas iſpiratione iactabat
H̄z et i urbe roma florin⁹ quidā gradu p̄trij de eccīa collapsus
vna cū blasto socio criminis et furoris plurimos de eccīa in suū
baratrū deducebat noua aduersū veritatē figmēta machinātes

De quibusdam doctoribus qui contra montanum et ceteros
pseudo prophetas disputant.

Capitulu. xiiij.

Sed aduersum heresim cathafrigarum scutum validissimum
protulit appollinaris iherapolites de quo supra memora
vimus: alijqꝫ plurimi ad id locoꝝ eruditissimi viri aduersum
eos pro veritatis defensione certauerunt: qui etiam nobis ad
bystorie textum monumenta validissima reliquerunt. Interim
vt diximus appollinaris scribens aduersum hanc heresim et
designans in prefactione qꝫ per ecclesias galacie vicinarumqꝫ
prouinciarum digrediēs et plurimos ab eis irretitos videns:
multos quidem et coram disputando correxerit: rogatus tamē
a fratribus etiam hec ad ipsos scripta transmiserit: in quibus
post aliquāta cū auctore heresis designasset. p̄grediens etiā h̄
addit. **O**rigo iquit hui⁹ heresis q̄ aduersū ecclesiā nup exorta
ē inde descendit. **V**icus quidem esse dicit apud moesiam frigie
ciuitatē que appellatur ardabau. in quo aiunt montanum quēdā
nomine qui nuper ad fidem cristi venerat. subrogato asie pro
consule cupiditate nimia primatus accensum contrarijs spiriti
bus in semetipso locū de disse: ac repente in quodā excessu men
tis effectū. et velut spiritu actū ploqui cepisse noua quedam et
diuersa ab hīs que ex successione maiorꝫ ecclesie tradita fuerāt
velut prophetali spē preferentem. **Q**ue cū ita fieri viderēt hī
qui per idem tempus aderant auditores: alij eū velut demone
repletum et erratico perflatū spiritu ad decipiendos populos
iudicantes obiurgabant. et proloqui omnino prohibebant. me
mores domini precepti et cōminationis eius qua iubet obser
uari a fallis prophetis: alij autē velut a sancto spiritu repletū
et prophētica gracia donatū putabant: et īmemores dominici
precepti. erratico et seductori spiritui eatenus indulgebant. vt
etiā prouocare eū ad dicenda aliqua delegarent: et hoc fiebat

arte dyabolica qua in disciplinatis perdicio parabat. **A** quib⁹ montan⁹ cū supra ḡdignū est in veneratione haberet in tantū temeritatis progressus est. vt etiā duas quasdam mulierculas insani spiritus quo ipse replebat participes sibi faceret et ad insaniendū secum pariter edoceret: quo facilius vterq; sexus ī errorem per vtrūq; sexum caperetur. **H**inc iam beatificare eos qui sibi familiarius adberebant et promissionū magnitudine tumidos reddere. interdū etiā obiurgare quosdā. vtine in oīb⁹ adulatores deprehenderent. **T**amen perpauci erant ex frigib⁹ qui eoz deciperentur insanis. **Q**uib⁹ et p̄suadebat vniuersam ecclesiam que per orbē terre est blasphemare: et nō solū nichil ei deferre reuerētie: sed ne limē quidē eius incedere. **F**requēter tamen aduentatibus ex asia fratribus: vesani et contra fidem cristi bāchantes. confutati vt heretici corruptoresq; veritatis ab ecclesie cōuentu et societate depulsi sunt. **H**ec in primo libro scribens. et per omne operis sui corpus fraudes heresis in singulis quib⁹ cōvincens. **I**n secūdo quoq; volumine de eisdem etiā hec scribit. **Q**uale ē aut inquit q; et prophetaz psecutores nos vocant pro eo q; insanias eorū non suscepimus fantasias: **D**icunt enī hos esse quos promiserat dñs ad populū suū se esse missurū prophetas. **R**espōdeant ergo nobis si a deo missi sunt prophete mōtanus et mulieres ei⁹ quis eoz a iudeis psecutionē passus est. aut quis ab iniquis occisus ē: vel quis eoz p noīe dñi tētus ē et ante reges et p̄sides stetit: aut quis ī synagogis eoz flagellatus ē vel quis lapidatus ē: **Q**uiymmo et ecōtraio tradit⁹. q; finē vite exemplo iude traditoris acceperint. **D**icunt enī ipso demone quo inspirabant id agēte: diuersis queq; tib⁹ laqueo vitā finisse. **I**llū vero admirabile veluti prophetie eoz primogenitū theodotū noīe tradūt quodā tpevisū sibi ēē velut ī celos assū et credidisse spūi erroris: q; euectus ē in excellum et inde deductus ad terrā. finem vite exitu pessimo terminasse.

Sed hoc ipsi de montano vel theodoto ac mulieribus ita gestū negant: tamen a pluribꝫ affirmatur. **I**nter negantes autem et cōfirmātes nos rei fidē relinquimꝫ in medio. **I**tē post aliquāta subiungit etiā hec. **S**ed et sancti epi probatissimi viri qui per idem tempus fuerunt zoticus de cumana et iulianus de apāna aggressi cohibere spiritū qui loquebaꝫ in maximilla iusserunt remissionē obturare os eius et excludere vocem falsi et erratici spiritus: quod et ita factū est. **E**t iterū coarguens falsam fuisse maximille propheciā. que bella ꝑ plurima īminere predixerat h̄is vtitur verbis. **E**t quō nō eius mendaciū euidenter arguit **T**redecim namq; iam exadi sunt anni usq; ad presentem diem ex quo mortua ē illa mulier: et nusq; proorsus vel priuātim vel publice bellū aliquod exortū est. **S**ed et cristianis p dei mīaz: pax iugis et ferma pdurat. **S**ed et in tertio libro de h̄is qui se iactabant ꝑ multi martires ex eoz heresi extitissent: hec dicit **C**um inquit in omnibus que supradiximus conuici nichil res pondere potuerint ad martires confugiunt: dicentes multos se habere martires. et hoc esse iudiciū ꝑ verus sit apud ipsos propheticus spiritus. **Q**uid ergo quia multi alii heretici plurimos martires habent: ideo acquiescendum est eis ꝑ etiam veritas apud ipsos sit: **N**am primi qui dicuntur marcioniste: habent plures martires. **S**ed que esse poterit ap̄ eos martyriū veritas vbi cristus veritas non est: **E**t post aliquāta iterū subiungit. **D**eniq; ait sancti martires qui p vera fide martyriū ducunt. cū de ecclesia pcedentes ad passionē pducūtur. si qui forte iuenti fuerint cum eis de heresi frigum secernūt se ab eis et respuunt eoz societatem nec ullo genere cū iam martirij palmā teneant spiritui mōtani et maximille acquiescendū putant: sicut et nr̄is t̄pibus apud apānam que est supra menandrum posita gestum scimus a gāyo et alexandro qui de eumenia martyres extiterūt **I**n eodem autem opere meminīt et melchiadis scriptoris: tāq;

qui et ipse librum aduersum heresim supradictam conscriperit.
Denique et inserit ex eis dictis opere suo hec verba. Neque credendum
est inquit in excessu mentis id est per amenciam prophetari: quod
est proprius pseudo prophetarum. Ut enim quis amens efficitur
iusti rectius esse non potest tenax. Qui sine dubio inicium sumum
ex impicia ad finem vero deuoluuntur amentie sicut supradiximus.
Hoc autem modo neque in veteri testamento quemque neque in
novo per dei spiritum extitisse prophetam potuerunt demonstrare
quia neque agabus neque iudas neque filias neque quatuor filie phi-
lippi neque amia que in philadelphie ecclesia prophetauit: neque
quadratus. neque alius quisquam ex numero eorum: hoc modo dinoscitur
prophetasse. Et post pauca iterum subiungit et dicit. Si enim post
quadratus et amia philadelphinam ut aiut mulieres iste montani
successerunt in propheticam graciem et sicut confirmabant unius
versus ecclesie data sunt ad prophetandum usque ad aduentum
domini: decipiunt eos confirmatione. Quartum decimum etenim iam pene
habet annum: ex quo defuncta est maximilla. Nec ex supradictis
viri commentariis. Ipse vero de quo indicat melchiades: etiam alia
nobis propria operia non contempnenda monumenta dereliquit.
Scripsit namque et aduersum getes librum et aduersum iudeos aliud
et ad principes romani regni apologeticum pro fide nostra scripsit
et aduersum catharinas hereticos. Sed et appolloni scriptor libellum aduersum edidit in
quo satis vigilanter prophetias ipsarum falsas esse concinxit et
singula in eis verba coarguit simul et vitam moresque eorum qui
autores heresios extiterunt exponit per hec verba. Sed vidamus
inquit quis est hic nouus magister: et primo nobis doctrinam eius
scimus de sententiis actus ipsius et opera comedentes. Hic est qui docuit
nuptias solui: et qui ieuniorum leges primi iposuit: qui pepuzam
et trami oppida frigie iherusalem noveravit: atque in hec oves congregatos
decernit: quae auctores pecunie statuit: quae sub nomine oblationum

Numera artificiosius accepit: qui salutaria prestat p̄dicantibus
verbum suum, ut per hec inuitati enixius doctrine eius op̄am
prebeant. **H**ec de montano. **D**e mulierib⁹ vero cī post aliquāta
ita scribit. **O**stendem⁹ autem primo omniū has pp̄betissas: ex
quo spiritu replete sunt viros suos reliquisse. **Q**uomodo ergo
metiuntur p̄fiscam virginē fuisse? **E**t p̄ aliquāta iterum dicit
Nonne tibi videtur q̄ omnis scriptura p̄hibet. p̄phetiā munera
accipere vel pecunias. **S**i ergo videā pp̄heten accepisse aurum
et argentū et vespes p̄ciosas: quō eam pp̄heten putem. **E**t itez
post aliquāta subicit dicens. **S**ed et temissus qui ap̄d eos noīe
tantū cōfessionis inflatus est. vere aut̄ cōfessionis fructib⁹ caret
q̄m̄ quidem p̄multam pecuniā vincula depositum. quem oportebat
vtiq̄ humiliter se agere: hic errogantia elatus apostolice sibi
aliquid autoritatis assumens epistolam ad cēs ecclesias scribit
in qua docere conatur eos qui multo reciūs q̄ ipse crede bant
et coharrat̄ oēs ad nouas verboꝝ iuentiones accōmodare aut̄
suam: blasphemat autē dñm et apostolos eius et sanctā eccliaz.
Sed et de alijs quib⁹dā qui apud eos vt martyres hanorabant̄
ita scribit. **V**ez ne plurib⁹ imoremur dicite m̄chi de alexandro
qui semetip̄m martyre dicit: quē cōiuā habet h̄c prophetissa
quē adorat vt deum. **N**onne hic pro latrocinis alijsq; nefarijs
adib⁹ reus extitit? **N**on nos dicimus: sed acta h̄c publica cō
tinent. **Q**uis ergo eoꝝ cōdonat peccata? **P**rophetissa ignoscit
martyri latrocinia: an martir ignoscit p̄rophete rapacitatis et
auaricie crima? **C**ū enī dominus dixerit nolite habere aurū
neq; pecuniā. neq; duas tunicas. isti in omnibus contraria ge
runt: acquirentes et cōgregantes ea que dominus etiā h̄ntes
iussit abicere. **P**robamus namq; eos qui apud ipsos vel pro
phete vel martyres nominant̄: non solum ad iūitibus sed etiā
a pauperibus pupillis ac viduis pecunias congregare. **A**ut si
habet cōfidentiā. assint et p̄ h̄js habeāt nobiscū disceptationē

ut si cōuidi fuerint vel de cetero desinant talibus se implicare
cōmeritis. Oportet enim ex fructibus vel agnoscere vel etiā pro-
bari prophetā. sicut et dominus dixit: quia arbor ex fructibus
cognoscitur: et propheta verus probat ex fructib⁹. Ut autē de
alexādro certius cognoscatur: sciendū qz iudicat⁹ ē apud emiliū
frontinū proconsulē ephesi. nō propter nomē cristi: sed propter
quedā latrocinia. Nam a cristi nomine iam apostola extiterat
Sed post hec ut fideles quidā fratres qui per illud tēpus ap⁹
iudicē aliquid poterāt pro ipso intercederēt simulauit se ppter
nomen domini laborare. et per hoc dimittit⁹: nec tñ in ecclesia
patrie sue receptus est. vbi latro esse ab omnibus noscebatur.
Qo si forte min⁹ h̄js que dicim⁹ accōmodādā existimat fidem
in archinis publicis apud ephesum h̄ gesta seruantur: que tñ
inibi seruari h̄ optimi prophete qui ei famulantur ignorant.
Qui vtqz cū h̄js sine dubio cōuincit⁹. et prophetaz ignorācia
cum cristo pariter redarguitur. **H**ec et multa alia in eo similia
possimus edocere. **N**ut si confidunt. in cominus veniant exci-
piant intentiones nostras: et exuant se ab h̄js si putant se horū
effugere posse conscientiā. **I**tem post pauca de ipsis prophetis
ita subiūgit. **Q**o si negāt se prophete imp̄orū munera accepisse
statuunt hoc: ut si conuidi fuerint prophetas se esse vltra non
simulent. et mille deferam probamenta. **V**erūptamen necessariū
puto etiā reliquos horum prophetarū fructus probari. **D**icite
michi vos o pphetisse: **V**ultus pphetatis cādorib⁹ et ruborib⁹
aliqñ fuscat⁹. **P**rophetissa sab̄js tigit⁹. **P**rophetissa ornamētis
vtit⁹ et ornatibus delectat⁹. **D**einde propheta ad tabulas et ad
tesserias ludit⁹. **P**ropheta pecuniā suā ad usuras dat⁹. **D**icant si
licet h̄ facere pphetis. **E**go autē vniuersa hoc eis pbabo. **H**et
multa alia idem appollonius ad cōfutandas eos satis pbabilit̄
et constanter intexuit: designans etiā hoc qz quadragesim⁹ iste
quo hec scribebat ageretur annus ex quo montanus false hui⁹

vaticinationis iniciū dederit. Refert etiā de quodā zoticō qui apud pepuzā cum prophetare se maximilla simularet: repente ingressus cepit impare spiritui qui in ipsa loquebāt: ita ut eū penitus cohiceret: sed obstiterūt bñ qui ei adulabāt. Neminit etiā et tharsee cuiusdā martyris. qui quasi ex traditione priorū accepisse asseruit saluatorem precepisse apostolis suis: vtine ante duodecimū annū ab iherosolimis discederet. Refert pterea et apud ephesū mortuos fuscitatos a iohāne et alia q̄ plurima ex quibus omnibus vehementer supradicta heresis confutatur. Hec appollonius. Herapion autem qui post maximinū epūs apud anibiochiā fuit: in epistola sua quā ad caricū et ponticū scribit. de hac ipsa heresi post aliquāta hec dicit. Ut aut etiā h̄ sciat. q̄ ita que nunc noua prophecia vel potius exsecratio noua processit. ab omni fraternitate que in vniuerso mundo ē respuitur et refutatur transmisi vobis claudij appollinaris iheropolitane asie prouincie epi litteras quibus de h̄js plenius instruamini. In hac autē ipsa serapionis epistola etiā subscriptiones quorūdā epōy et martirū continent: ex quib⁹ vnus hoc modo subscriptis. Aurelius cyprinus martyr opto vos benevalere. Alius quoq; hoc modo. Aurelius publius. iulius adebelto colonia tracie epūs. Vivit deus ī celis. quia beatus sothas qui est ī anchialo voluit demonē priscille elicere. sed adulatores eius non permiserunt. Sed et multorū simul epōrū easdē declaraciū subscriptiones supradictis litteris inhrebāt. Verū de h̄js satis sit dictum.

De scriptis hyrenei quib⁹ contra hereticos disputat. Ca. xv.

Per idem tempus in vrbe roma diuersis nichilominus nouitatibus p̄ nōnullos regula traditionis ecclesiastē verabatur: pro quibus hyrenus ad diuersos scripta p̄rogauit. Extat igitur ynus eius libellus qui subscribitur ad blasphemiam de

scismate alius ad florinū de monarchia et q̄ non sit deus maloꝝ
creator hoc enī supradictus videbatur asserere qui tamē postea
deuolutus ē in errores valentini. **S**cribit autē idem hyreneus et
de ogdoade librū: in quo significat consecutū se esse quodā ex
successoribus apostolorū. **C**uius libelli subscriptionē satis ele
g anter affixam h̄is inserere dignū duxi. **A**diuro te inquit qui
transcriperis librum hunc per dominū nostrū ihesum cristum
et aduentū eius in gloria cū veniet iudicare viuos et mortuos
vt conferas h̄ que scribis et emendas diligenter ad exemplaria
de quibꝫ transcriperis ad fidem: et vt sacramentū adiurationis
huius similiter transcribas. et inseras h̄is que trāscripsisti. **H**ec
autem vtiliter ab illo dicta inserere operi nostro necessariū cre
didi: quo per hec diligens efficiatur omnis qui hec vel legerit
vel describere dignū duxerit: sciens exemplū diligēcie a sanctis
viris et illustribꝫ traditū. **V**erū i h̄is que ad florinū scripsisse
hyreneum supradiximus facit policarpi mentionē: cum quo se
etiam cōuersatum esse designat per hec verba. **H**ec inquit dog
mata florine que asseris confidenter dico: quia non sunt sane
sententie. **H**ec dogmata non sunt consona ecclesiastice fidei.
Hec dogmata ne ille quidem qui de ecclesia pulsi sunt heretici
potuerunt aliquādo cōmentari. **H**ec dogmata impietatē docēt
Hec dogmata sancti illi presbiteri qui ante nos fuere num̄
protulere: illi qui et apostolos viderant quos et tu nosti. **V**idi
enī te dum adhuc puer essem in asia apud policarpum: tunc
quidem preclare agentem dum adhuc esses intra palacium. et
studentem placere policarpo. **M**ulto enim magis in illis tpiis
rerum gestarum inheret memoria q̄ presentis: quia hec que a
puero discimus cum auā ipsa coalescunt et adherent ei. **U**nde
etiā locū ipsum tibi possum dicere i quo sedēs disputabat bēus
policarpus: et ingressum illius et vultū ac tocius vite modū et
ipsius corporis habitū. sed et disputationes q̄s habebat ad populū

et conuersationē que fuerat ei cum iohāne quomodo narrare
solitus erat vel ceteroz qui ipm viderat dñm: et quō recorda-
batur omnia ac recensebat verba que dicta a domino ab illis
audierat. et de virtutibus eius ac doctrina. **E**t tamē omnia hec
cum scripturis consona proferebat que tunc ego pro mīa dei
quā michi donare dignatus est attētius et studiosius audiens
describebam non in carthis sed in corde meo queꝝ per graciā
dei fideliter custodio et meū ipse sine intermissione quodāmō
rumino. **D**eū ergo testor et in conspectu eius tibi affirmo. quia
si quid tale audisset beatus et apostolicus vir policarpus: ex
clamasset statim et aures suas obturasset. et sicut moris erat ei
dixisset. **D**eus bone in que me tempora reseruasti ut hec audiā
Rōne etiā ipsum cōtinuo locū fugisset in quo sedens vel stans
hui⁹ cemōi verba audisset. **S**ed et ex epistolis ei⁹ quas scripsit
vel ad vicinas ecclesias vel ad aliquos ex fratrib⁹ cōmonens
et cōfirmans et cohortās ad fidēm potest sententia ei⁹ euidenter
agnosci. **H**ec hyreneus.

Quod sub cōmodo imperatore pax ecclesījs sucrie
et de appollonio martyre. **C**apitulū. xvi.

Verum ea tempestate cōmodo romani regni apicē guber-
nante pax ecclesījs per omnem terram propagabatur: et
sermo domini ex omni genere hominū ad agnitionē et pietatē
summi dei animas congregabat. Deniqz in vrbe roma multos
ex illis illustribus et p̄diuitib⁹ viris cum liberis et cōiugib⁹
ac propinquis: atqz omni pariter familia sociauit ad fidē. **S**ed
hoc nō equis oculis ille antiquus hūane salutis hostis aspergit
Cōtinuo deniqz aggreditur nostros varijs machinis ipugnare
et primo in vrbe roma appolloniū quendā virum in fide nostra
et in omnibus phīe eruditionib⁹ illustrē ad iudiciū pertrahit
accusatore ei suscitato quodā ifelicissimo et despate salutis hoīe

Quique quoniā lex que oblatos puniri iusserat cristianos in de latorem prius adiudicendū esse censebat: a phēnicio iudice ut eius crura cōminuerentur sententiā primus excepit. **T**ū deinde exoratur beatus appollonius martyr uti defensionē pro fide nra quā audiente senatu atq; omni populo luculenter et splendide habuerat ederet scriptā. **E**t p̄ hoc scđm senatus cōsultū capite plexus est. Ita namq; a prioribus lex iniquissime promulgata censebat.

De successione romani et alexandrini et antiocheni pontificis. **C**apitulū. xvij.

Igitur sub eiusdem cōmodi principatu eleuthero in urbe roma tredecim annis sacerdotio p̄functo: victor succedit Sed et iuliano apud alexandriā post decem annos defuncto: demetrius substituitur. Apud antiochiam quoq; octauus ab aplis epūs constituit serapion: de quo in superioribus memorauim⁹.

Qui tūc epi nobiles habebāt et de pasche questione. **C**a. xvij

Tunc apud cesaream palestine theophilus: et narcissus in iherosolimis ecclesie presidebant. Apud chorinthū vero baccilus. et apud ephesum polictates: nobiles in episcopis habebantur. Sed et multi in alijs locis referunt per idem tēpus egregij sacerdotes. Nos tamē eoꝝ facimus mēsionē quoꝝ fidē et scientiā et proprij operis iudicj possimus habere cōpertā quibus ea tempestate ecclesijs presidentibus: in prouincie asie questionem mīma exoritur velut ex antiqua eoꝝ obseruatione descendens q̄ quarta decima luna putarent omni genere pascha obseruandum. quando scilicet iudicis agnus precipit imolari: velut necessario cōfirmantes. in quacūq; die septimane quarta decima luna venisset solui debere ieunia: cum talis cōsuetudo

in nullis proorsus alijs vniq; obseruata fuisset ecclesij. Ob quā
causam conuentus epōp et consilia per singulas qualsq; prouincias
conuocant: prerogatisq; ad se inuicē epistolis de singulis
quibusq; locis. vnū omnes ecclesiasticū dogma confirmant. ne
liceat aliquādo nisi in die dominica in qua dominus surrexit
a mortuis. dominicū pasche celebrare misteriū: et i n hac sola
paschale soluendū esse ieuniū. Extat deniq; usq; in hodiernū
consilij apud cesareā palestine habitī decretū in quo primus ē
theophilus ipsius cesaree epūs et narcissus iherosolimorum sa-
cerdos. Habetur et vrbis rome consilij simile aliud decretū: cū
p̄fuisse victor episcopū indicatur. et pōti p̄uincie palmeas. Gal-
lorū quoq; sacerdotalis cōuentus extat hyreneū presulem scri-
bens: achiae vero baculū chorintheoꝝ ecclesie episcopum: qui
oēs diuersis e locis. vnā eādemq; iudicij sui sententiā p̄tulere.
Hed episcopi regionis asiane seruandā magis a veteribus sibi
traditā consuetudinem confirmabant. In quib; polices qui
in eis primatū agere videbatur ad victoreꝝ episcopum romane
ecclesie scribens: more tradicionis antique ad se usq; delatum
per hec verba designat. Nos ergo inquit intemeratū pasche co-
lim⁹ diē: neq; addentes neq; auferentes aliquid. Etenī magna
quedā luminaria apud asiā dormierūt sumi et electi viri quos
domin⁹ suscitabit in aduētu suo cū veniet de celis in gloria. et
requiret oēs scōs suos: in quib; ē philippus euāgelista qui dor-
miuit apō iherapolī: sed et due filie ei⁹ que virginēs senuerūt
et alia eius filia spiritu sancto repleta. que apud ephesum dor-
miuit: necnō et iohannes qui supra pedū domini recubuit: qui
fuit summus sacerdos: et pontificale pecalū gestans martyr et
doctor ecclesie: qui et ipse apō ephesū dormiuit. Polecarp⁹ ve-
ro apō smirnam episcopus et martir similiter et apud traseas
episcop⁹ eumeniā sed apud smirnā martirio cōsummat⁹. Quid
autē dicam etiā fagarē nichilomin⁹ saacerdotem et m̄rem qui

apud laodiciā quiescit in pace: sed et papirū et macharium et
melitonē. ppter verbū domini eunuchū et sancto spiritu repletū
qui iacet in ciuitate sardensiū exspectans aduentū dñi de celis
vt resurgat a mortuis: **I**sti ergo omnes diem pasche in quarta
decima die mensis obseruauerūt scđm euāgeliū: nichil omnino
extrinsecus agentes. sed fidei regulā p oīa conseruātes. **S**ed et
ego oīm vestrū mīmus polices scđm traditionē pntū meoꝝ
obseruo. eorū dūtaxat quos ab inicio secutus sum. **S**eptē nāq
ex parentibꝫ meis per ordinē fuerūt episcopi. **E**go octauus qui
omnes ita obseruauerunt hunc diem: vt cōueniret cū illo quo
fermentū iudeorū populus aufert. **V**nde fratres kīni sexaginta
et quinqꝫ annos etatis gerens in nomine domini. **M**ultorum
quoꝝ orbis terre epōꝝ noticiam plenissime habens. et sanctis
scripturis intendens. non perturbabor ex hijs que ad terrorem
proferuntur: quia et maiores mei dixerunt optemperare opor
tet deo magis q̄p hominibus. **E**t post pauca de hijs qui secum
aderant episcopis ista subiungit. **P**oteram autem etiam oīm
presentium episcoporū facere mentionem quos ipsi petistis vt
euocarem. sicut et feci quorum nomina si scribam nimia multi
tudo est: qui omnes scientes paruitatem meam consensu suo
confirmant que scribimus: certi q̄p nō in aniter canos attulim
sed in disciplina cristi semper conuersati sumus. **S**ed ad hec
victorū romane ecclesie episcopus pertinacius agens passim to
cius asie ac vicinarum prouinciarū ecclesias a cōmunionis soci
etate absidere nititur tamq̄ in heresim declinantes: et litteras
mittit quibus omnes simul absqꝫ discretione ab ecclesiastico
federe seperaret. **S**ed hoc non omnibus placebat episcopis:
quin potius et econtrario scribentes ei. iubebāt: vt magis que
pacis sunt ageret: et concordie atqꝫ unitatis studeret. **D**eniqꝫ^z
extat etiā ipsoꝝ littere quibus asperius obiurgant: victorem
velut ecclesie cōmodis consulente. **N**ā et hyrenceus cum ceteris

quibus p̄erat galliarū episcopis scribens. confirmat quidem vt
in dñica die resurrectionis domini misteriū celebre: victorem
tamen arguit. q̄ non recte fecerit abscidere a corpore vnitatis
tot et tantas ecclesias dei: que morem sibi antiquitus traditū
custodiret. Sed et de multis alijs cōmonet per h̄c verba. Nō
solū iqt de die pasce agit cōtrouersia. s̄z et de ipsa spē ieunioꝝ
Quidā enim putant vna tantum die obseruari debere ieuniū
alijs duabus. alijs vero pluribꝫ. nōnulli autē quadraginta. ita vt
horas diurnas nocturnasq; cōputantes diem statuūt. Que va
rietas obseruantie nō nunc primum. neq; nostris ptibus cepit:
sed et de multo ante nos ex illis vt opinor qui non simpliciter
quod ab inicio traditū est tenentes in aliū morem vel p negli
gentiā vel p impericiā posmodū decidere. **Et** tamē nichilomin⁹
omnes isti etiā cū obseruantia variarent inter se met ipsos et
nobiscū pacifici fuerunt semper et sunt: nec dissonantia ieuniū
fidei consonantiā rupit. Post hec inserit etiam hystoriā quādam
que pro sui oportunitate nec a nobis debet omitti. Deniq; ait.
Et illi omnes ante sotherem presbiteri qui ecclesie cui tu nunc
p̄es sacerdotiū tenuerūt anicetū dico et piū igniūq; et theles
phoꝝ et lixtū neq; ipſi ita tenuerunt neq; h̄j qui cū ipſis erāt
et tamen cum ipſi ita nō obseruarent pacem semper habuerūt
cum illis ecclſijs que hunc obseruantie morem tenebant. cum
vtiq; et ipſis contrariū videretur: q̄ non etiam ceteri similiter
obseruarent nūquid tamē ob hoc repulsi sunt aliqui ab ecclesie
societate: aut venientes in illis ptibus non sunt suscepiti? **I**mmo
potius et omnes presbiteri qui fuerunt ante te omnibꝫ semper
qui non ita obseruabāt p̄sbiteris ecclesiarum eucaristiā solemp
niter transmettebant. **H**eatus autem policarpus cum ad urbem
romam venisset sub aniceto. Cūq; de alijs nōnullis parum quid
babuissent inter se statim tñ coiſſent ī pacem. de hac quſione
ita egerūt: vt nō vnuſquisq; ſententiā ſuā p̄ſtinata cōtentioꝝ

defenderet. Neq; enī aut anicetus policarpo suadere poterat vt
non obseruaret ea que nouerat iohannē discipulum dñi nostri
vel ceteros apostolos. cū quibus semper fuerat obseruasse: neq;
rursus policarpus anicetū p̄suasit ea deserere que ille dicebat
a se maiorū more seruari. Cūq; hec inter se habuissent coīcaue
uerunt sibi īuicem ita vt cederet anicetus policarpo : etiam
sacerdotali ministerio honoris dūtaxat cōtemplatione pfungi
Et ita ab īuicē plena fide pace integra firma caritate discedūt
vt omnes ecclesie. siue que ita de pascha. siue que nō ita obser
uarent: inter se tamen concordiam custodirent. **H**ec hyrenus
agens nominis sui opus pacem videlicet dei ecclesijs concilians
scribit et non solum victori. sed et diversis ecclesiarū rectorib⁹
similiter p epistolā asserit q̄ nulla p hac questione ī ecclesijs
dissentio debeat oboriri. Apud palestinam quoq; conuenientes
ī vnu sacerdotes dei narcissus iherosolimox et theophilus de
quibus iam supradiximus. sed cum ipsis cassius cyrus et clarus
de ptholomaida et ceteri pmulti pariter congregati cū de hac
questione ageretur. quid etiam apud ipsos apostolica tradicio
contineret circa finem decreti quod in consilio eoz statutū est
hoc modo indicant. Epistole aiunt nostre exemplaria p omnes
ecclesias trāsmittunt: vtine rei afficiamur animaz que diversis
erroribus īmerguntur. Designamus igitur vobis quia et apud
alexandriā eadem qua apud nos die pasche sollempnitas gerit
quia et ipsorū nobis littere deferuntur. et ipsi nostra scripta sus
cipiūt: vt pariter et cōsonanter diem festū colebrem⁹. Hacten⁹
de supradicta q̄stione ex hīs q̄ in veterū libris haberī repim⁹.

¶ De libris hyreneri. ¶ Capitulū. xix.

Exstat aut̄ adhuc hyreneri p̄ter eos q̄s supra enumeraūim⁹
libellos etiā aliud volumē egregiū aduersū gētes quod

de disciplina attitulauit: ad marcianū quēdam scribens. Sed et dyalogi diuersi in quibus testimonia de epistola ad hebreos ponit plurima: sed et de sapientia que dicitur salomonis. Hec sunt que ad nostram noticiā iā de byrenei opusculis puenerūt.

De successione romanorum principum et qui eisdem tempore
ribus scriptores floruerint. **C**apitulu. xx.

Ommodus autem tredecim annis imperio gubernato:
ptinaci post se regnum reliquit. Quo sex solis mensibus
retento idem p̄tinax diem obiit: et severus post hunc suscepit
principatū. Cuius temporib⁹ plurimi ecclesiastici viri nobiles
et stilo illustres extiterūt: sicut ex eoz monumentis agnoscim⁹.
Ex quib⁹ ē heraclet⁹ qui in apostolū cōmentatus ē. et maxim⁹
qui de famosissima omniū hereticorū differuit questione. qua
semper iquirit̄ vnde sint mala vel vnde malitia: et q̄ materia
facta sit: et non infecta. Sed et cādīdus qui in exameron id est
de principio genesis scribit: appius quoq; qui de h̄jsdē similiter
cōmendat. Sextus aut qui de resurrectiōe differuit et de ceteris
nōnullis. Arabianus quoq; et alij innumerī. quos longum est
enumerare: vel etiā pro aliquo illustri vnuquēq; dictor⁹ suor⁹
iudicio designare:

De artemonis secta vel que cōtra eandē disputant̄. Ca. xxi.

Plurimi cum ipsoꝝ exortas temporib⁹ suis hereticorum
perfidias confutantes fidem rectam et apostolicā moni
mentis suorū voluminū mādauere: vt artemonis illi⁹ heresios
auctores quā postmodū paulus samosatenus. nostris iam pene
temporibus statuere conatus est: de qua dignum est que vel
qualis sit hystoria cōprehendere. Hec heresis purū hominem
id est absq; deo fuisse salvatorem confirmat: idq; antiquitus ab

ipsis etiā apostolis traditū esse mentitur. **A**dversum quos vñ
ex h̄is quos supra memorauim⁹ ecclesiastic⁹ scriptor: ita r̄ndit
Niunt inquit etiā ipsos apostolos ita vel suscepisse vel ceteris
tradidisse. sicut nūc ip̄i asserūt et hanc veritatē p̄dicationis
esse seruatā. vsq; ad victoris tempora. **E**t quō successores eorū
scribentes aduersum ḡtiles vel aduersū hereticos id ē iustin⁹
et melciades et tacianus et clemens et alij ē plurimi: de deitate
christi aptissime disserūt. **P**yrenee vero et melitonis ceterorūq;
q; p̄ idē tēpus fuerūt volumina quis ignorat q; b; dēū et hoīez
simul p̄dicāt christū. **S**ed et psalmi vel cantica que a fratrib;⁹
fidelibus ex inicio scripta sunt: verbū dēi esse christū et dēū tota
ympnoꝝ suoꝝ laude cōcelebrant. **Q**uomō ergo tot seculis fidem
p̄dicatā: nunc isti asserunt q; a victoris tempore exordium
sumpserit. **Q**uō autē victori de hoc calumpniā faciunt qui scūt
victorem theodotū coriarium qui princeps et pater extiterat
impietatis ipsorū de coīone ecclesie repulisse: qui primus rome
ausus est dicere purum hominē fuisse christum: **S**i enim victor
vt aiūt ita credebat: quō eiciebat de ecclesia theodotū blasphemie
istius inuentorē. **S**ed de victore hec cōmemorasse sufficiat
Cui decē annis episcopatū fundo zeferinus sacerdotij successor
exitit: uno principatus seueri anno. de quo zeferino eadē scrip
tura quia in superiorib;⁹ vñ sumus: talia quedam refert. **I**gitur
cōmemorabo vos fratres de h̄is que gesta sunt apud nos: que
si forte in sodomis accidissent etiā illos emendare et corrigere
potuissent. **C**onfessor erat quidam apud nos natalis nomine
nostra adhuc confessus memoria. **H**ic deceptus aliquā ab asclepi
odoto quodā et theodoto collectarīs. qui ambo discipuli erāt
theodoti coriarij illius qui primus pro hac stulta assertione
ab ecclesie societate depulsus est a victore tunc vrbis rome
episcopo: acquieuit vt accepto ab h̄is solario episcopus illius
heresis nominaret certa padione: id est centum quinquaginta

de nar̄is mēnstrue p̄f̄st̄ionis. **Q**uiq; natalis cum se in hoc de
ceptus locasset frequenter admonebatur in somnis a domino
quia misericors deus et dominus noster ihesu cristus nolebat
martirē suū qui sibi i multis passionib; testis extiterat de eccia
perdere. **H**ed cum negligentius susciperet visiones. primatus
amore et turpis lucri deuidus illecebra: ad vltimū a sanctis an
gelis per totā noctem verberatus. et penis grauib; excruciat⁹
mane cōsurgens cilicio se induit et cinere cōspergit: ac multis
lacrimis errorem suum deflens ante pedes se zeferini episcopi
prosternit: et vestigij oīm nō modo clericoz sed etiā laycorū
multa cū lamentatione prouolutus in lacrimas et miserations
omnē prouocauit ecclesiā et indulgenciā sibi a cristo cōtinuis
et iugibus pro ipso precibus implorarent: ostendens simul in
conspectu populi liuores corporis sui et cycatrices quas pro
dominis eius confessione suscepereat. et vix aliquā in coīonem
ecclesiastici corporis reuocatus est. **H**ed post aliquanta idem
scriptor adiungit etiam hec. **S**cripturas autem diuinās absq;
vlla timoris dei reuerentia corruerunt: antique vero fidei re
gulam proterue et impie respūt ignorantes cristū. **Q**uem id
circo non inuenerunt: quia non rede quesierunt. **E**t in tantum
stulticie impietatisq; prolapsi sunt. vt si quis eis sermonem de
scripturis proposuerit: illi ecōtrario proponant vtrū hic sermo
de quo agitur coniunctū aut separatum genus silogismi faciat et
de relinquentes sanctas dei scripturas geometriā tractant: tamq;
qui vere de terra sunt de terra loquūtur: et ideo eū qui de surſū
et de celis venit ignorāt. **D**eniq; euclides apud eos vel maxime
i geometrie disciplinis viget. **H**ed aristotiles et theofrastus ab
hijs in admiratione habentur. Galienus vero a nōnullis eorū
et adoratur. **Q**uez artibus et doctrinis impietatem hereseos
sue nituntur asserere: et deceptionib; hominū ignoranciū dūm
simplicitate diuinarū scripturarū et sinceritatē fidei subruunt.

Sed hec faciunt quia nec vicini effecti sunt fidei. Propterea diuinas scripturas absq; vlo timore cōtēpserūt: et corrūpentes eis emendare se dicūt. Verū ne quis me putet falsum aduersū eos proferre palā ē omnib; noscere si quis vult exēplaria eoz accipe et cū alijs nichilomin⁹ eorū exēplarib; cōferre inueniet etiā inter seipsa multū dissonare: quia vnd quisq; vt sibi videat emēdat. Deniq; asclepiodoti non cōueniūt oīno cū theodocioni exēplarib;. Tū deinde etiā discipulis ipsoꝝ si qui forte trāscrip serūt. qd eis visum ē vel addere licuit vel auferre: et omnibus p̄ferunt habere se emendata. magis autē inquinata exemplaria Rursum hermosili exēplaria nō cōsonāt cū appollidinis: sed ne ipsa quidē sibi ipsis cōcordant si priora cū posteriorib; cōferas. **T**emp̄ enī emēdat quib; semp̄ displicet qd emēdat: et noua queq; p̄quirūt cū eis que in vsu sūt vident̄ aduersa. Quid aut̄ temeritatis habz istud admissum: neq; ipos arbitroz ignorare. Aut enī nō credūt dīno spū scripturas eē cōscriptas et sūt ifideles aut semetip̄los arbitrant̄ sapiētores eē spū scō. Et qd aliud indicāt p h̄ nisi qr̄ demone agūt: Neq; enī negare possunt sc̄m suū qn̄quidē man⁹ ipsoꝝ i ipsis exēplarib; teneant̄. et nouerit ipsi qd a maḡis suis et doctorib; scripturarū sc̄dm istud corrup tele gen⁹: etiā explanationis eius suscep̄t intellectū. Quidā autē ex ipsis nec corrūpere iā scripturas dignati sunt. Sed penitus abnegare legē sc̄lit̄ et p̄phetas: et obtentu impie huī assertionis in vltimū p̄ditionis gurgitē deuoluūtur. De quibus hec sufficiāt hystorij̄ esse mandata. **Dox eusebī.**

Adiuro te quicūq; hos descripseris libros p dñm nostrum ihesum cristū et gloriosum ei⁹ aduentū in quo veniet iudicare viuos et mortuos: vt conferas quod descripseris et emēdes ad exemplaria ea de quib; transcripseris diligenter: et hoc adiurationis genus similiter transcribas et trāsseras in eum codicem quem descripseris.

I. Incipit liber sextus ecclesiastice hystorie.
De persecutione seueri. Capitulum primū.

Et cū seuerus quoq; persecutio[n]es agitaret ecclesiis: preclara a militib[us] xp[i] amabilibus pro pietate certamina martyriū gere bantur. Precipue tamen apud alexandriam qui ex omni egypto ac thebaide velud in quoddam studium pietatis ad lethē deduce bantur. Qui pro suppliciorum mortisq; patientia cosequebant[ur] a deo immortalitatis coronas. In quibus et leonides origenis pater pro martyrio cristi capite plexus: tenere adhuc etatis supradictum puerum dereliquit. Quicq; qualibet animis ex eo erga diuine legis studia viguerit. non erit importunū paucis exponere: precipue quia et apud q[ui] plurimos opinio de eo celeberrima per uulgata est. Et si quidem velit quis omnem vitā viri huius litterarum tradere monumentis: certum ē quia tāta sunt de eo ac talia que proprium et opus requirat et otium. **N**os tamē in presenti quanta possumus breuitate inserim[us] huic operi etiam que ad ipsum spectant pauca de multis que vel ex ipsius apostolis ad nos vslq; seruatis. vel ex aliorum historijs indicata cognouimus. Cuius gesta si res pateretur: etiā ex ipsis icunabulis digna michi vident[ur] posteritatis mēoria.

D De origenis a puero institutione. Ca. ii.

O Ecimum namq; imperij agebat seuerus annum: alexandrie vero per idem tempus omniq; egypto presidebat leitus: episcopatum in ea post iulianum demetrius suscep[er]at. Cū supra modum accenso persecutionis incendio. et multis ea temestate martyrio coronatis: i tātu ardore capessendi martirij

puerulus tūc adhuc origenes exarserat: vt sponte se periculis
ingereret et alij in certamine positis p̄ceps in medios rueret:
ita: vt inseparari mortem et rapere velle videretur. Quam et adi-
pisci omnimodis potuisset. nisi q̄ dispensatione domini ad vici-
litatem multorum putatur. pro totius ecclesie edificatione ser-
uatus: per sollicitudinem matri que gloriose mortis eius desi-
derijs impediuit. Que cum eum primo maternis supplicationi-
bus obsecraret vt sibi consuleret ut parceret matri. et ille ex
hijs precibus inflamatioz ad amorem martyrij redderetur max-
ime ex eo q̄ patrem iam teneri cognouisset in vinculis. et ipse
prope socius effici vinculoz eius ac martyrij festinaret: arte
quada matri affectus inhibetur. Et enim cum maturare cu-
velle et ante lucanum prouinpere ad agonum certamina pre-
sensisset: noctu cubiculum filij dormientis ingressa. omnia eius
indumenta in quibus procedi ad publicum poterat furata sub-
traxit. vt per hoc domi residere necessitate cogeretur. Ille ma-
ternis impeditus dolis cum nichil aliud agere posset. nec tamē
mens quiescere pateretur: audet aliquid super etatem epistolā
scribit ad patrem. se quidem maternis artibus detineri: sed illū
tenere debere qđ cepit et addit etiam hoc. Vide pater ne ppter
nos aliud aliquid velis. Hec sunt prima puerilia origenis ru-
dimenta: hic ludus eius infantie: hec a tenero religionis et pi-
etatis iudicia talis in eo erga deum conualuit affectus. Hinc
iam lectioni se cepit diuinoz voluminum mancipare: et in eru-
ditionib⁹ fidei diuine semetipsum hautsegniter exercere. Qua-
niamquidem iam et a parente in hijs imbui ceperat: qui ei
sensim inter seculares libros quibus in prima etate erudiebat
etiam scripturaz nostrarum non nulla interim legenda subici-
ebat: tum deinde paulatim etiam preferre hec scolarib⁹ studijs
comonebat. Jam inde lectiones etiam exigere per dies singu-
los et memorie commendare puerum non inuitum. p̄mmo potius

erga hec discenda promptiorem cogebat: quippe qui leges hec
ne solo simplici intellectu videretur esse contentus sed negotia
patris de scripture sensibus ac questionibus conoueret: inqui-
rens ab eo quid sibi videretur quod per spiritum sanctum scrip-
tura dicitur inspirata: vel quid diuini consilij tegat simplicitas
ista verborum. At ille simulabat quidem increpare se eum, et
vetare ultra etatem aliquid querere apud semetipsum tamē
incredibiliter exultabat. omnipotēti deo gratias referens: qui
ei talis sobolis esse donauerit patrem. Deniqz frequenter dicit
dormienti puerō religiosus et sollicitus supueniens pater. opī
mentum detraxisse. et velut dei spiritum intus inclusum pectus
eius tan p templum quoddam veneratus et demulcens osculis
abcessisse: beatum semetipsum a deo esse cum pro tante proli-
felicitate gratulatus. Hec et multa hjs similia in puerili etate
origenis esse narrantur. Ut vero pater eius martyrio consum-
matus est: puer ipse cum matre vidua. et sex alijs paruulis
fratribz septimūdecimū agens etatis annū: i summa facultatū
penuri a derelictus est: qmquidem census paternus qui vel max-
imus ei fuerat fisco per proscriptionem sociatus est. Nec tamen
ei defuit omnipotentis dei prouidentia. Ob insigne namqz vel
litteraz vel religiois studiū a quadam nobili et locupletissima
femina perfamiliariter soueri cepit: que tamen paulum quem
dam antiochie ortum atqz hereseos famosissimum sectatorem
adoptionum domui sue illo tempore habebat in quo adolescē-
tulus origenes cum necessitatē haberet apud predictam fe-
minam una degere: i documentum iam idē a puerō fidelissime
et catholice sue mentis ostendit. Nam cum ad supradictum viꝝ
velut ad magistꝝ et summi nominis doctore per dies singulos
imense multitudines conuenirent. nō solum hereticorum veꝝ
et ex nostris multoꝝ. pro eo quod eruditiois ei summa ab oībus
crederetur: nullo tamen pacto vel pro honoris gratia. vel etiā

pro necessitate coniunctionis fleti potuit origenes cum eo saltem in oratione consistere. Ita ei a prima etate ecclesiastice regule obseruantia honorabilis fuit et hereticorum societas exercitabilis: sicut ipse in quodam loco operis sui ait: quia hereticoꝝ execranda doctrina est. Nec tamē deerat ei erga cōmunes litteras studium in quibus pater eum erudiendum tradiderat: sed exercebatur et in hīs multo attentius etiam post consummationem patris. In arte namqꝫ gramatica ita fuerat iſtructus ut et ad docendum plene sufficeret: et ex hoc ei que ad necessitatem transigende domus videbantur necessaria pararentur.

De eō qꝫ a puerō origenes verbū domini predīcabaſ. Ca. iii.

Verum cū precesset auditorio et gramaticam doceret sicut ipse in quibſdam scriptis suis refert. et cum ecclesie apud alexandriam magisterij dederat officium. cumqꝫ omnes deturbati persecutorꝝ minis et ferocitatibꝫ aufugissent: aliqui gentilium conueniebant ad origenem. tunc adhuc gramaticam docentem: audire ab eo verbum de nostra fide ac religione cū pientes. Quos ille non solū ad fidem de perfidia conuertebat verum etiam perfecte vite institutionibus informabat. Quoꝝ primus extitit plutarcus: qui per ipsum conuersus ad fidem nostram: nō solum perfecte vite instituta seruauit. Verum etiā que est summa beatitudinis. martyrij consecutus est palmam. Secundus cum hoc fuit heradas. et natura pluuarci fr̄ et meritis: qui cū ab eo in fide nostra atqꝫ scia. sed et vite purioris institutionibus ad perfectum fuisset instruclus alexandrine eccie pelle post demetriū subrogatus ē. Sed ea tempestate qua aquila alexandrie atqꝫ egypto presidente persecutionum rabies increbat: octauū decimum origenes habebat annum. Quo in tempore perfamosissimum apud omnes vel incredulos vel fideles.

domi forisqz nāmē eius effectū est: precipue per id q̄ sanctos
omnes in confesiōnis vinculis positos, non solum sermone et
cohortatione perseccē et spiritualis doctrine ad martyrium ro-
borabat. verum etiam mētros suis officijs ac ministerijs e vin-
culo rum penit et squalore carceris subleuabat. Depe de nī p̄ an-
tribunalia iudicū. et in ip̄is eorum cruciatibus aderat: aduer-
sus p̄phanas interrogations iudicū affecū eis ac mente cō-
patiens: vultu ac nutibus si dici potest velut firmiores eius
r̄ūsōnes subicere gestiens. Sed cum sententiam falevissent
eadem fiducia vtebatur: omnibus se periculis ingerens. nec tre-
pidans persecutoribus intuentibus. extremis quoqz ocn̄is
martires salutabat sepissime: ita vt non nunq̄ pro hīs etiam
impetus in eum gentilium fieret: sed diuina dextera cum adini-
ratione omnium protectus euaderet. Verum nec enumetari fa-
cile nec referri potest. quotiens et quam crebro. ymmo per lin-
gulos pene dies de quantis eum et qualibet periculis. dum
erga predicationem verbi dei impiger et promptus est. eadem
illa diuina dextera cōsecrauit: quotiens in i. sc̄ijs positis qui
eum clam interimerēt effugit. Et in tantum aduersum se dum
in opus dei promptus est infideliū concitauit insaniam: vt
turme militum deposite domum in qua cōmanere videbatur ob-
siderint: nec tamen eum capere aut tenere potuerint diuina
protectione seruatum. Tanta rabies contra eum mentes homīn̄
inceßerat pro hoc solo q̄ plurimos per eum videbant ad fidē
nostram ab incredulitate cōuerti: et tantum cotidie aduersus
eum persecutio cumulabatur: vt tota vrba maxima alexandria
eum tegere non posset. sc̄ dē domo ad domum transiret. et tñ
vndiqz fugaretur. cum postea vidarent per loca singula multi
tudines plurimas per eum ad fidem dei sociari: Obtinebat autē
hec. quia non solum in verbo erat ei perfecta doctrina: verum
etiam in opere consummate discipline prebebat exempla: et

dicebatur sicut aiunt de eo, quia hic est qui quale habet verbum tale habet vitam: et qualem habet vitam tale habet verbum: quoniam que docet agit, et que agit docet. Manifeste autem et evidenter aderat ei diuina gratia: p quam inumeros ad imitationem sui in fide dei prouocabat. Unde et videns demetriū episcopus q ad ipsum precipue doctrine gratia et predicationis verbi dei multitudines plurime conuolarent: cathezandi ei idest docendi in ecclesia magisterium tribuit. Quod post apostolos pantenus secundus per ordinem clemens: tercius administravit origenes ipsius discipulus clementis. Qui clementia in ope Stromateo, vbi etiā tpa quibus libros describat: in p̄hem̄s designavit ad finē imperij cōmodi p̄tendit. Un certum est q̄ seueri tpa hec ipsa que nunc habem⁹ in manibus continebant.

De iuda quodam scriptore. Capit. iiiij.

Quia tempestate etiam iudas quidam ali⁹ scriptor de septimanis que in danièle referuntur differuit: qui et ipse decimuseueri imperatoris annum regni cōmemorat. Is etiam diuulgatam anterissimam p̄ntiam iam iamq estimans iminere ex persecutionum nimietate: multoz ex nostris fidelium animas perturbauit.

De magisterio et institutis origenis. Capit. v.

Micitur origenes iniuncto sibi a demetrio episcopo magisterij officio: gramaticā scolam negligere cepit magis se verbo dei cōserens. Utī sane cōsilio nō puerili bibliothecā geniliū libroz tradidit cuiqdā fidei amico: pactus cū eo q̄ tuoz sibi obolos ex eis p̄cio p dies singulos iferri quo scilicet ne grauis cuiq̄ ee in sustentanda necessitate vici⁹, nec cōgregatā pecuniā domi reseruare videt. Igit̄ in talib⁹ institutis plurimū tpis

exigens vita moribus exercit⁹s per omnia cristianus philoso-
phus habebat: cū et p iuuēnībus cupiditatibus reprimendis
et pro sapientie profectibus capessendis die noctuq; artiorib⁹
se abstinentie constringeret frenis: et indesinenter diuinorum
librorum meditationib⁹ inhereret: in abstinentia plurima in
ieiunij⁹ indesinentibus in vigilijs pene iugib⁹: ita vt si quādo
parum aliquid sompi necessitas naturalis exigeret: hanc ille
non supra stratum quo omnino nullo vtebatur. sed supra nudī
soli dependeret superficiem. Ante omnia vero precepta euange-
lica et voce⁹ saluatoris summo amore et studio implendas eē
censebat: quibus precipitur duas tunicas non habendum neq;
calciamentis v⁹tendū nec de crassino cogitandum. Que ille sin-
gula summa cum diligentia et fide contentebat implere: et su-
pra vires atq; etatem suam secundum apostoli monita in fri-
goze et nuditate agones patientie desudabat. Ita tuncdis audi-
toribus suis renuntiandi omnibusq; possidebant: et beate pau-
pertatis prebebat exempla. Erat igitur per hec carus oībus
et accept⁹: in hoc vno tristes q; plurimos reddens. non nullos
offendens: q; cupientes de facultatibus proprijs. aliquid sibi
saltē vici⁹ gratia ministrare: pro disticta continentie disciplina
refutabat: cum vtiq; pro labore quo in verbo dei desudabat.
non solum duplici scđm apostolum. sed et multiplici honore
dignus ab omnibus duceretur. Sed ille honorem sibi summū
in continentia reputabat. Demq; et per multos annos traditur
absq; calciamento nudis incessisse vestigij⁹. Vini quoq; usum
et ceteror⁹ similiū nisi ea sola que vite necessitas deposcebat
nullum penitus habuit: vscq; quo īcommodo stomachi. immo
pene iam periculo cogeretur.

¶ Quanti per ipsum edoc̄i martyres facti sunt. **Ca. vi.**

Tribus ergo vite studiis atq; instituti sui exemplis informans eos quos a g^etilitate et falsa philosophia ad veram crissi philosophiam sapientiamq; conuerterat: non solu in intimis anime archanis fidem haberi docuit per hoc quod geri ab eo videbant que docebantur: verum etiam ad martyrij eos amorem per ea quibus cotidiano roborabantur exercitio prouocabat. Ex quibus et multi comprehensi in persecutione palmam martyrij consecuti sunt. In hijs primus erat plutarc^o de quo paulo superius memorauimus. Quem cum vidisset populus ad mortem duei et assistere ei origenem qui hortatu suo ad magnanimitatem animos eius erigeret: velut mortis eius auctore discerpere eum pene et interficere vulgus irruerat: nisi et tunc ope diuine prouidentie e furentium manibus fuisset exceptus. Post plutarci martyrium: secundus ex origenis discipulis martyr efficitur serenus. Tercius ex eius nichilominus auditoribus heraclides martyrio coronatur: quartus heros neaphitus. Quintus eiusdem scole martyr. efficitur aliis nomine serenus qui post multa supplicia pro cristo etiam capite plexo traditur. nam superior serenus adhuc tathecuminus consummatus est. Sed et mulieres plurime in qua erat quedam cathecumina: de qua ipse in quodam loco ait. q^o ignis baptisma consecuta sit.

De potamienae et basilide. Capit. viii.

Sed et de potamienae famosissima seminarum et martyrum: et ipse carnifex eius basilides. Etenim in nostram usque memoriam ab incolis loci perhenni virtutum fama potamienae celebratur. q^o immensos et inumeros agones primo pro virginitate et pudicia desudauerit: deinde etiam pro martyrio exquisita atq; inaudita tormenta pertulerit: atq; ad ultimum una cum venerabili matre marcella ignis

*Emmerantur martyres
qui ex schola Origenis
prodierant.*

supplicij consummata sit. Tradunt namque aquilam hoc enim
tyrannici iudicis nomen erat postea quod crudelibus ea supplicij
lacerauerat: ad ultimum ob iniuriam et nobilitatis eius et casti
tatis conminatum esse potamiene quod eam vel crudelissimis gla
diatoribus vel ipudicissimis lenonibus traderet. At illa cum
ab eo quid mallet vel quid eligeret quereret: protulisse fert
aduersus tyrannum vocem liberam: que ob superstitionem ro
mani ritus sacrilega videatur: et ideo sine mora in eam latam
esse sententiam. Cumque basilius unus ex huius quibus iplere
spicatoris officium mos est. suscepta tam eam duceret ad suppli
cium. ac multitudo ipudicorum pariter et impiorum potamiene
verbis et iuris conaretur illudere: basilides. abigere impuden
tius irruentes ac deturbare cepit humanitatum ac miseratiois
obtentu. At illa religiosum viri votum erga se et propositum
humanitatis amplexa: certus esto inquit cum abigero ad denm
meum: sine mora bona hui*s* remuneratione tibi parabo. Post
hec aut verba constanter suscepta statuta suppicia: picis vide
licet calide paulatim per artus ac membra diffuse: et hoc modo beata
virgo e terris migravit ad celum. Non multis autem post di
ebus basilides cum inter collegas suos ob causam quandam
iuramentum posceretur. ait non licere sibi omnino iurare pro
eo quod esset cristianus. Et quia hoc publice fatebatur: ioco esti
matus est primo dicere. Tu deinde cum constantius affirmaret
pertrahitur ad tribunal. Obi cum perseverasset in confessione
vinculis traditur. Cum vero visitantibus eum nostris et cau
sam subite ac laudabilis huius permutationis inquirentibus
dixisse traditur quod potamiene post diem tertium martyris noctu
assistens coronam capiti suo imposuerit dicens: de precatam se
pro ipso deum et ipetrasse: ut secundum quod scriptum est. qui recipit
martyrem marcedem martyris consequantur. Quibus auditis
confestum ei frater tres signum dominicum traxit: et die postera

ob domini martyrium capite punitur. Sed et alij pluribus
per idem temp^o apud alexandriam condiscipulis suis. cum qui
bus verbo dum origenis scola operam dederat. potamieno si-
mile mun^o traditur prestitisse: assistens ei per visum et coronas
martyrij ipetratas a d^ono deferens. Sed de hjs ista sufficient.

De hjs qui erga semetipsum gessit origenes. Capitvij.

Igitur per idem tempus cum docendi officio apud alexa-
ndriam presset origenes: gestum quid ab eo traditur q
iuuenilis fortasse et minus perfeci sensus videbatur: sed per-
fecte fidei ac nimie castitatis iudicium continens. Illud namq
quod scriptum est in euangelio. quia sunt eunuchi qui seipso
castrauerunt propter regnum dei. etiam scdm hystoriam implē-
dum credidit: non solum castitatis obtentu. verum quoniam p
secutionis tempore tam in publico q in occulto ac in secreto.
et tam viris q feminis verbum dei predicabat: videlicet quo
omnem occasionem turpis maledicti gratia infidelibus vide-
tur excludere: dominicam vocem re atq opere in semetipso ag-
gressus ē adimplere. Cumq id pro eo ne ab hominibus laude
quereret sed a deo mercede speraret in occulto esse voluisse:
tamen latere non potuit: sed rei geste indicium ad demetrium
episcopum peruenit. Isq ingenti primo stupore: admiratus
est audacis animi vigorem. Cum deinde collaudans fidei eius
magnitudinem vel calorem et tam grande in opere dei propo-
situm: nunc maxime ait cohortans eum cepto operi doctrine
et predicationis insistere: quando aduersarhs nulla obtrec-
tandi suspicio derelicta est. Sed tunc quidem talis erat de-
metrij sententia: cum nichil animis incesserat. quod recti iu-
dicij regulam in partem alteram declinaret. Postea vero
cum vidisset adolescentis famam satis fieri claram et magno

eum domi forisq; preconio extolli: humane iſfirmitatis aliquid
passus, opus quod ipse prius cum ingenti admiratione lauda-
uerat infamare postmodum cepit. Nam cum apud palestinam
precipui et eminentes inter episcopos viri, id est iherosolimoz
alexander et tothilus cesaree videntes diuinum opus eius in
verbo dei ordinassent eum presbiterum, ac summo eum sacer-
dotio iam iamq; dignum probarent et idq; dignissime factum
ab omnibus laudaretur: et ne sic quidem dignus honor sapie
eius ac virtutis in eum collatus diceretur: vehementissime mo-
mordit hic sermo demetrium. Et nō inueniens in eum causam
alterius criminis: hoc q; aliquando puer adhuc ille egerat, et
episcopus iam iste laudauerat: postmod̄ criminis loco protulit
etiam in illos qui eum ordinauerant culpam conatus iſlectere
Ded hec postmodum gesta sunt. Tunc porro origenes apud
alexandriam doctoz ecclesie valde clarus habebatur: omnibus
quos fama eius ad audiendum eum cōuenire prouocabat ver-
bum dei predicans. sicut apostolus dicit oportune importune
per diem per noctem publice et priuatim: velut abscisis omni-
bus impedimentis liber omnibus prouersus cum omni fiducia
rem gerebat.

**¶ De successione romani principis et de
confessoribus eiusdem t̄pis. Capit. ix.**

Cum vero decem et octo annis seueres tenuisset imperiu-
antoninus eius filius succedit. Quo in tempore q; plu-
rimi erant qui in confessionibus gloriam quesierant: dei tamen
prudentia fuerant reseruati. In quibus alexander quidam de
quo paulo ante memorauimus confessionis tytulo satis clarus
iherosolimorum ecclesie subrogatur episcopus: cum adhuc sup-
ellet narcissus qui prim⁹ inibi funct⁹ est pontificatus officio.

De narcissi mirabilibus. Capit. x.

Necrum quoniam narcissi memoriam sermo progrediens
attulit: congruum michi videtur aliquid de eius gestis
insignibus memorare. De quo ab incolis quidem loci per plu-
rima memorie traduntur: nos vero unum opus eius memora-
bimus: ex quo ceteris que de eo narrantur merito possit fides
adhiberi. **A**ccidit aliquando in die solemni vigiliarum
pasche: oleum deesse luminaribus. Cumque id per ministros ino-
notuisset: meror plebi maximus fuit. Sed narcissus fide fidens
ministris imperat haurire aquam: sibique deferri. Cumque detulit
sent oravit et benedixit aquam: et infundi luminaribus prece-
pit. Tum repento miro et seculis inaudito genere virtutis na-
tura aque in olei pinguedine versa: splendor luminum etiam
solito reddidit clariorum. Ad fidem autem rei a plurimis religiosorum
fem ex eodem oleo quod versum de aqua fuerat reseruatum est: ita
ut ad nos usque miraculi huius indicium perueniret. Et in hoc qui
dem fidei eius ac meriti habeat exemplum. Animi vero virtus quanta
in eo fuerit: alio nichilominus uno ex eius gestis ope declarabit.

Nisi namque cum inter cetera virtutum suarum bona esset valde con-
stantis animi et iusti rectius indeclinabiliter tenax: quidam homini-
culi neque male sibi conscientia metuentes ne criminum suorum si arguerentur
non possent effugere vindictam: preueniunt factionibus et cir-
cumuenire parant eum cuius iudicium verebantur. Coccinant
igit aduersus eum infame satis et noxiuus crime. Conueniunt au-
diatores testes ex semetipsis producunt: qui sub sacramento iura
meti que obiciebant confirmarent. Quorum unus testis ita si non igne
consumeretur. vera dicere testabatur. Alius ita: ve regio morbo
consumeretur corruperetur. Tertius ita: ne luibet orbaretur. Et quis ne
iuramentis quidem ipsis quisque fidelium et deum timimenti credenter
itaque per vita narcissi et institutione ac pudicitia ab omnibus nosceretur

ipse tamē eorum que mota sunt idignitatem ac molestiam nō
ferens. simul et secretam ac philosophicam vitam semper h̄e
desideans. subterfugit ecclesie multitudinem: et i desertis locis
atq agellis secretioribus delitescit annis q̄ plurimis. **A**t non
ille magnus diuine prouidentie oculis quiescit i longum: sed
in impios vltionem per ea ipsaq sibi in periuris statuerant
maledicta molitur. **P**rimū nāq ille testis parua ignis scintilla
noctis tempore domo sua succensi: cum omni genere owniq
familia flammis vtricibus conflagravit. **A**lius repente ab
ymis pedib⁹ usq ad summum capit⁹ verticem: morbo regio
quo fuerat imprecatus repletur atq consumitur. **T**ercius aut
priorum exitum videns et oculum diuinum se non latuisse pro
spiciens proerupit in medium: et audientibus cunctis sera pe
nitentia vniuersum contumaci sceleris ordinem pandit. **T**atis
autem lacrimis immanis commissi facinus deflet: et in tantum
die noctuq perdurat in fletibus: usq quo luminibus orbaret
Nij igitur figmenti sui huiuscmodi penas dederūt. **N**arcissus
vero cum iam desertum petisset ac locis semet secretioribus ab
didisset et ubi nam degeret nullus agnosceret: necessariū visum
est episcopis vicinarum ecclesiarum. vt alium pro ipso ordina
rent. cui nomen erat dius. **C**ui etiam cum paruo tempore pre
fuisse ecclesie succedit germanion. et germanioni goardius:
tum ecce subito velut rediuiuus celoq redditus ex improviso
apparuit narcissus: et rursum a fratrib⁹ ad presidendum rogat
ecclesie. **M**ulto enim vehementius erga eum amor omnium fu
erat incitatus: vel p eo q̄ criminosis innocens cessit vel q̄ se
cretam et philosophicam vitam dilexit: et q̄ in eo compleuit
dominus quod dictum est. michi vindictā ego retribuam dicit
dominus. **V**erum tamen ipse iam senio fessus. pontificatus
ministerio sufficere nō posset: alexandrum de quo superius me
motauim⁹ qui iā esset episcop⁹ alteri⁹ loci diuina dispēsatio

i adiutoriu nascitū senis euidentissimis ūuelationibꝫ euocauit.

De alexandro episcopo. Capit. xi.

Anmcꝫ alexander ex gente capadotum. vbi fuerat pre clare vrbis episcopus iherosolimam adorandi et sancto rum locoz videndi gratia properauerat: quem loci incole mentes eorum instigante deo cum omni amore et officiositate suscipiunt: ac vi caritatis et dilectionis nexibus vincut redire nō sinunt domum. Ostendebatur enim euidenter a domino non solum ipsi beato viro narciso. sed et alijs plurimis in plebe per reuelationes: vt ipsum in loco sancto episcopum detinerent. Preterea quod supra cetera omnia magis terrificū fuit. eo die quo ingressurus orbem. alexander nunciatus est. et multitudo fratrum plurima extra portas in occursum eius egressa est: vox celitus manifestissime omnibus audientibus facta est dicens. Suscipite episcopum: qui vobis a deo destinatus est. Cumq; ex his omnibus euidenter apud cunctos fuisset dei dispensatio declarata: episcopi vrbium vicinarum cōpartis omnibus qui bus de eo res geri dei iudicio docebatur: residere eum inibi necessario cōpulerunt. Ipse ergo alexander in epistolis suis ad antioitas scriptis: que vslq; ad presens seruantur apud nos: meminit narcissi tamq; loci et consortis in episcopatu . hjs ipsis verbis de eo scribens. Salutat vos narcissus qui āte me episcopatum huius ecclesie regere cepit: quiq; mecum positus orationibus vestris. centum etiam et sedecim annos vite sue gerit qui et ipse vos mecum pariter deprecatur esse concordes. De his quidem talia.

De successione antiocheni pontificis. Capit. xii.

A pud antiochiam vero defuncto serapione episcopo. as
clepia de loci illius suscepit sedem: qui et ipse unus ex
preclaro confessorum numero fuit. **M**eminit etiam huius or
dinationis supradictus alexander: anthiochenis scribens hoc
modo. Alexander seruus et vincens ihesu christi: beate ecclesie
que est apud antiochiam in domino salute m. Releuavit domi
nus vincula mea et carceris huius mei dilatauit angustias: op
comperi sancte ecclesie vestre asclepiadem virum dignissimum
sacerdotium suscepisse. **H**anc autem epistolam iudicat se per
clementem antiochene ecclesie presbiterum transmisisse: scri
bens in fine epistole hoc modo. **V**ec autem domini fratres
scripta transmisi per clementem beatum presbiterum virum in
omnibus virtutibus probatissimum: quem nostis etiam vos
et eo amplius cognoscetis: cuius presentia apud nos per dei
prudentiam procurata. et confirmavit et auxit ecclesiā dñi.

De opusculis serapionis episcopi. **C**a. xiiij.

Sicut serapionis episcopi eruditissimi viri: puto quidem
etiam alia opuscula apud alios haberi. **N**o nos autem
illa tantummodo venerunt que ad dominum quemdam scribit
qui tempore persecutionis a fide christi recedens ad supersticio
nem iudaicam declinauit: et ea que ad potum et caricum eccl
esiasticos viros scribit: et alie nichilominus eius sunt ad alios
epistole. **S**ed et ille liber venit ad nos quem scribit de euang
elio petri: ubi arguit quedam falsa in eo conscripta: emen
dere cupiens fratres qui erant apud rossum: qui p occasionē
scripture ipsius in heresim declinabant. **D**ignum tamen michi
videtur pauca quedam de eius libello inserere: ex quibus inno
tescat que fuit eius de ipsa scriptura sententia. **S**cribit ergo in
quodam loco ita. **N**os ei fratres et petrum et alios apostolos

recipimus sicut cristum. Que autem sub eorum nomine falso
ab alijs conscripta sunt. velut ignari eorum sensus ac sententie
declinamus scientes qd talia nobis non sunt tradita. Ego enim
cum essem apud vos putabam omnes recte fidei esse inter vos
et non decurso libello qui michi offerebatur in quo nomine
euangelium petri conscriptum ferebatur dixi. Si hoc est so-
lum quod inter vos simultatem videbatur inferre: legatur codex.
Nunc autem comperto qd huius qui codicem illum legi debere
asserunt prospectu cuiusdam occulte heresios hoc fieri popos-
cerunt sicut michi dictum est. Festinabo iterum venire ad vos
et expectate me cito. Nos enim fratres nouimus. cuius here-
ses fuerit marciatus. qui etiam sibi ipsi contrarius extitit.
non intelligens que loqueretur: que etiam vos discetis ex
huius que scripta sunt vobis. investigata per nos ab illis qui
hoc ipsum euangelium secundum illius traditionem suscepserant
et successores extiterunt sententie eius: quos nos

vocamus: quia in hac ipsa doctrina eo-
rum sunt qd plurimi sensus. et ab ipsis mutuati. Nam certum
est qd plurima secundum recti rationem sensiunt de salvatore. Alio
vero aliter: que et subiecimus. hec serapion scribit. Hic est
ille serapion qui ob elegantiam ingenij scientieqz vertatem
scolastice cognomen habere promeruit. carus anthonio mo-
nacho edidit aduersus manicheum hereticum librum valde
egregium. et de psalmorum titulis alium. et ad diuersos utiles
ac permultas epistolas. Et sub constantio principe etiam in
confessione inclitus fuit.

f. De libris clementis. Capitulum. xiiij.

Clementis vero libri habent plurimi: apud nos tamē huius
sunt qui inueniri potuerunt. Stromatū libri octo: quos

hoc modo p̄titulauit. **T**iti flauij clementis de vera philosophia
commentarij scientie stromatis. **H**romatheas autem nō possu-
mus intelligere: tamq; opus varie contextum. **S**unt et alij ei⁹
dem

libri octo: quos non possumus informa-
tionum vel disputationum nominare. **I**n quibus nominatim
panteri meminit tā p̄ proprij magistri: et expositionis ipsius
plurimas scribit et tradiciones ipsi⁹ operi suo inseret. **E**st etiā
liber eius ad gentiles exhortatorius et alijs liber qui dicitur
pedagogus: et alijs qui suprascribitur quis est qui possit sal-
uus fieri diues. **E**st et alijs libellus de pascha. et disputatio
de iejunio. et obtrectatione: et alijs exhortatorius ad pacien-
tiam et alijs ad neophitos. **S**ed et ille qui superscribitur ca-
non ecclesiasticus. **I**tem alijs de hīs qui iudaicum sensum in
scripturis sequuntur: quē ad alexandry supradictum episcopū
scribit. **I**n stromatibus autem non solum ea que ex diuinis
scripturis sumpserat sternit: s̄z et ea que apud grecos autores
habentur. **U**tile namq; ei visum est in illo opere comperare ac
conferre sibi inuicem dogmata vel ea que diuinitus sanxita
sunt: vel que a sapientibus grecorum inuenta. vel etiam que
ceteris barbaris visa sunt. **A**rguit etiam hereticorum errores
byztoriam q; inibi plurimam texit et ex omnibus materiam
nobis eruditionis perfecte cōposuit. **V**nde merito libros suos
stromatheas appellauit: id est laciniosa quedam et varia diuer-
sitate contextos. **O**titur sane exemplis etiam ex hīs libris qui
a nōnullis minime recipienda videntur: id est ex sapientia que
dicitur salomonis. et ex sapientia que appellatur syrach qui est
ecclesiast̄ apud latinos: sed et de barnabe et clementis epistola
ponit exempla. **O**titur etiam epistola inde. **N**eminit preterea
et scriptorum antiquoꝝ taciani cuiusdam et cassiani velut qui
cronica scripserint: philonis quoq; et aristoboli et iosephi ac
demetrij et eupolomei iudeorum scriptorum. **C**onferens etiam

ālīquissimis grecōꝝ morem et nřm et iūꝝ: genus nostrum antiquius esse comprobat: multaqꝝ alia instrumenta optimaqꝝ institutionum in illo opere contexuit. **E**t inter cetera hoc ī pri mo libello indicat: qꝝ ipse post apostolos nō longe fuerit. **P**romittitqꝝ cōmentarios se in genesim scripturum. **I**n libello aut̄ quem scripsit de pascha confitetur extorqueri sibi a fratribus vt ea que a presbiteris idest a successoribus apostolorum voce sibi sola sunt tradita describeret in librīs: ac posteris traderet. **R**eminit inibi melitonis et hyreunei ceterorumqꝝ: quorum etiā quasdam narrationes inferuit. **I**n librīs vero

idest informationum vt breuiter dicam vni uersam pariter scripturam diuinam compēdiosis dissertationibꝝ explanauit: in quibus ne ea quidem que apocrita a quibusdā habentur preteriūt vt est petri reuelatio. **D**e epistola vero ad hebreos ita differit. qꝝ manifeste pauli sit apostoli: scripta sit autē hebreo sermone tamqꝝ hebreis: a luca vero qui erat pauli discipulus interpretatam in grecum sermonem: vnde et stil eius magis similis videatur libello illi quem lucas de apostolo rum actibus scripsit. **Q**uod autem superscriptionem solitam inibi non habet. idest paulus apostolus: hoc esse rationis ostē dit: qꝝ predicatum erat iudeis de pauli nomine ne eius dicta susciperent: et idcirco prudenter declinasse. ne statim in principio pauli nomine inspecto lectio eius repudiaretur. **P**ost pauca vero addidit etiam het. **E**t sicut inquit beatus presbiter dicit: quia dominus apostolus omnipotentis dicitur missus ad hebreos. **P**ro humilitate ergo paulus qui ad gentes fuit destinatus. non scripsit iemet ipsum hebreorum apostolum vel propter honorem domini qui se missum dixerat ad oves israhel. velquia geutiuꝝ videbatur apostolus. **E**xponit preterea idem clemens in ipsis libellis de ordine euangeliorꝝ traditionē sibi a senioꝝ p̄s biteris traditam: et dicit priora esse posita illa

euangelia que de generationibus continent. id est mathei et luce
Causam vero fuisse euangelij secundum marcum huiusmodi. Cum
petrus rome publice predicasset verbum dei. et in spiritu ex
posuisset euangelium: auditores rogasse marcum qui olim iam
sextator ipsius fuisse conseribere ea que sciebat ab apostolo predicata. **C**umque id factum postmodum petrus cognouisset: licet
fieri ipse non iussit. tamen factum non prohibuerit. **I**ohannes
vero dicit postmodum cum vidisset quod ea magis que secundum carnem
sunt in euangelijs haberentur. deprecatum a discipulis scrip-
sisse etiam que ad spiritum pertinent: unde et repletus spiritu
euangelium speciale conscripsit. **H**ec clemens.

De alexandro. Capitulum. xv.

Alexander vero de quo superius memoraui: clementis
simul et potestatem ad origenem scribens meminit. ve-
lut qui sibi etiam in corpore noti fuerint. **S**cribit autem hoc
modo. **H**oc enim et voluntatis dei fuit sicut ipse nostri ut ami-
cicie que michi a patribus fuerunt inviolate durarent: immo
vero et ardentius ac robustius augerentur. **P**atres autem no-
nus beatos illos qui nos precesserunt. ad quos paulopost
etiam nos ambibimus: paternum dico dominum meum vere be-
atum. et sanctum dominum meum clementem. qui me in multis
instruxerunt: sed et si quid alii tales sunt. per quos etiam te
cognoui virum per cuncta egregium. et dominum michi et
fratrem. **H**ec quidem ita se habent.

De doctrina vel studijs vel laudibus origenis. Ca. xvi.

Adamantius autem erat enim et hoc nomen origenis. cum
per illud tempus zepherinus romane ecclesie presideret

romam venit: sicut ipse in quodam loco scripsit diceus. voti
sibi fuisse ut antiquissimam romanorum videret ecclesiam.
Dbi non multo tempore peracto ad iniundum officium docendi
alexandriam redire festinat: ibi cum omni sollicitudine et stu-
dio suscepsum opus explebat: de metrio tunc episcopo non solu-
cohortante se et confouente. verum etiam preferente. quatenus
fratribus diuine eruditionis non deterset instruc*ti*o.

De adamantio qui et origenes. **C**a. xvij.

Antea cum videret origenes non se sufficere ad omnia.
Id est vel in profundioribus et diuinioribus pertractadis.
vel in sancte scripture explanationibus disserendis vel etiam
in eorum qui cotidie fidei addebantur instructionibus vel insi-
tutionibus a*m*plendis: ex quibus omnibus. ne respirare qui-
dem eivni saltem hore liberum tempus dabatur dum semper
ex alijs in alia vocaretur: ita ut a prima luce usque ad pro-
fundam vesperam nunquam cessaret auditorium suum alijs ac-
cedentibus. alijs vero non discendentibus dum verbi dei dul-
cedine colligati sunt utilius esse ratus est. segregare incipien-
tium turbas: et unius ex disculis suis plene iam et optime in-
struendo viro. atque in omnibus virtutibus sibi probato hera-
cle tradere: participemque eum officium sui ac laboris assumere.
Erat enim et in sermone disertissimus: et in omnibus philo-
sophicis eruditionibus adprime institutus. **H**uic ergo traen-
di prima elementa incipientibus delegat officium: sibi vero
perfectorum instruções reseruat. **I**nter cetera quoque eru-
ditionum suarum studia ne illud quidem omisit origenes per-
scrutari et addiscere hebreæ lingue virtutem: ut agnosceret
ea que vel a iudeis hebraicis litteris leguntur qualia sint et
ceterorum interpretum qui preter septuaginta interpretati

fuerant quanta esset editionum diuersitas: ita ut preter istas
que in vsum sunt aquile vel symmachi vel theodotionis inue-
niret etiam alias in absconditis ac secretis latentes. in quib⁹
nec nomina quidem interpretum repperit scripta. **H**oc autem
solum dicit de eis. q̄ alia quidem i actio littore apud nicopoli
alias in iberico: atq; in alijs alia repperit locis. **V**nde et illos
famosissimos codices primus ipse compoſuit. in quibus per sin-
gulas columpnellas seperatim e regione opus interpretis vni
cuiusq; descripsit: ita ut primo omni ipsa hebrea verba hebra-
icis litteris poneret. secundo i loco per ordit. ē grecis litteris
e regione hebrea verba descripteret: tertiam aquile editionem
subiungeret quartam symmachi. quintam septuaginta inter-
pretum que nostra est: sexta theodotionis collocarz. **E**t prop
ter huiuscmodi compositionem exemplaria ipsa nominauit

idest ex simplici ordine scripta. **I**n psal-
terio aut et alijs non nullis interserit aliqua etiam de ceteris
istis editionibus. Quas qm sine nomine auctorum reppererat
sextam et septimam editionem nominauit. **S**ciendum tamen
est q̄ ex istis ipsis interpretibus symmachus ebioneus fuerit
que est heres asserens christum de ioseph et maria natum: ho-
minem purū fuisse. et legem ritu iudaico esse seruandam: sicut
iam superius memorauimus. **S**ed et commentarios quoſdam
symmachus ipse conscripsit: in quibus conatur de euangelio
ſcdm matheum auctoritatem sue hereſeos confirmare. **N**ec ipē
origenes cum interpretatione ipsius symmachi scripsit ſe iuli
anam quandam repperisse: que ſe diceret hos libros ab ipso
symmacho ſucepiffe. **I**n bijs et ambrosius quidam vir genere
et litteris ſatis clarus cū valentini dogmatis ſectator exiſterz
ſcdm veritatem catholice fidēi ab origene conuictus: et tamq;
veri luminis ſplendore radiatus: reliquias errorum tenebris ad
eccleſie ſe catholice lucem ſplendoremq; conuertit. **S**ed et alij

plures eruditivi viri et in scientia litterarum admodum nobiles cum de origene gloriissima per omnem locum celebraretur opinio: certatim confluabant ad eum, vel ob certamina commouenda, vel quibus rectior inerat mentis sententia ad audiendam tenendumq; veritatem. Innumerri etiam ab hereticis venientes: conuicti per eum et penitentes ab errore cessabant Philosophorum quoq; opinatissimi quiq; et qui in summo nomine habebantur; tam in nostris eum q; in suis magistrum inoperabilem fatebantur. Erat ei namq; mos iste, vt si quos nostrorum adolescentolorum ingeniosos videret et lectioni satis deditos: traderet eis etiam ea quibus philosophi velut primis elementis discentes imbuere solent: id est vel geometrice ptes vel arismetrice discipline: et si qua alia ad instructionem pertinent disputandi. Si quando igitur necessitas poposcisset, vt aliqua de libris philosophicis explanaret: etiam ab ipsis eruditissimis in illa disciplina viris cum tanta admiratione audiebatur: vt summus apud illos et velut unus ex veteribus et primis illis philosophis haberetur. Multos etiam pdeolas et imperitos ad discendum cohortabatur dicens: non parum ad intelligentiam scripturarum emolimenti eis conferri: si aut in liberalibus litteris aut etiam in philosophicis exercerent. Dicebat enim hanc nrām verā esse phiam: cuius ptes illa grecōq; vera nō est phia precessisset. Non ergo aiebat idecirco debere ptes suas omittere veritatē: quia eas pueniens sibi falsitas vēdicass. Deniq; existūt testes studioz ei⁹ plimi etiā apud phos quoz nōnulli libros suos ad ipm scribebant, alij iudicio ei⁹ cōprobandoz deferebāt. Deniq; etiā ille q; apud siciliā aduersum nos libros cōscripsit porphiri⁹ quib⁹ diuina volūia criminat: cum ad explanatores eoz venissz. nec iuenirz aliqd i cōmēta rīs originis cui culpā possit asscribē: ad cōuicia et maledicta se vertit. et maculas ei ifigunt oni apud nos laude dignissimas.

in quibusdam quidem vera dicendo. in quibusdam autē more
suo falsa fingendo. et nunc quidem eum tamqp philosophum
miratur: nunc vero tamqp cristianum notat. **A**udi deniqz quibus
de eo verbis prosequitur. **A**dherent iquit de cristianis loquēs
ineptis fabulis iudaicarum scripturarum. cum absolutio vel ex
planatio nulla sit: ad quibusdam se narrationes incongruas in
conuenientesqz conuertunt: que nō tam explanationi sint h̄is
que obscura sunt: quam laudem plausumqp differentibus con
ferant. **N**am ea que moyses agresti et simplici sermone con
scriptis diuinitus sanxata et figuris atqp enigmatibus obiecta
confirmant atqp ingentibus repleta misterijs: inflatiqp mente
ac tumidi obturbato in semetipsum rationis humane iudicio:
sacramenta putat in quibus imperitus et agrestis scriptor ex
plicare se non valet. **E**t post aliquanta itez dicit. **H**uius autē
absurde expositionis initium processit a viro quem etiam ego
cum adhuc essem valde puerus vidi artem totius eruditionis
tenentem: sicut etiā ex h̄is qp posteritatis memorie tradidit ve
luminibus cōprobatur. **O**rigenes hic est: cuius gloria ingens
inter eorum magistros habetur. **H**ic namqp auditor amōn fuit
qui summa inter philosophos predecessores nostros tenuit. **S**ed
origenes quātum quidem ad eruditionem pertinet litterarum
totum pene in semetipsum transfudit magistp. **Q**uantum vero
ad vite recte lineam et sanum propositum spectat: doctori con
trarium iter abiit. **A**mmōn quippe cum cristianus fuisset a par
vulo ex cristianis parentibus genitus. postqp ad etatē sapiēdi
ventum est. et philosophie ianuam contigit: continuo ad legi
timum vite se contulit cursum. **O**rigenes econtrario cum esset
paganus ex gentilibus idest grecorum studijs eruditus. ad ri
tum religionis bárbarum declinavit: quo se conferens omne
illud preclarum ingenium philosophicis hystorij expoliatum
viciavit atqp corrupit: dum vitam quidem tamqp cristianus et

*Defutatio Origenis
ab Ecclesia Catho
lica.*

impius agit: doctrine vero ex eruditionis grecorum psalgitum
lumen ineptis et fabulosis narrationibus occupauit. Asserit
quippe fuerat omnia platonis secreta: institutus fuerat in libris
neumenij et atongini et thronei et appellofanis. sed et moderatus
atqz nichomati. In pitagoricis vero: summorum virozum non
eum latuere commentarij. Attigit etiam ceremonis stoici et eoz
nuti volumina: ex quibus omnibus secreta quetuz et missica
apud grecos habentur assumens: ritui barbarico et superstitionibus iudaicis coaptavit: ac philosophorum gloriam ad dog
mata externa et peregrina conuertit. Hec porphirius in tercio
aduersus cristianos libro scribit: in uno vera. in altero falsa co
memorans. Nam de studijs et ingenij potentia supradicti viri:
haut procul q̄ se habet veritas retulit. Qd ergo de superstitione
gentili ad cristianorum cultum eum cōmemorat esse translatū:
et amoniu[m] a cristianis ad errores pagano[rum] dilapsum ma
nifestissime fecellit. Origenis quippe fides et disciplina christi:
ab auis atqz attauis seruabatur. Nam de patre martire paulo
ante retulimus. Ammonius vero fidem christi q̄ etiam inter phi
losophica studia integrum illibatamq[ue] seruauerit quo usq[ue] vlti
mum vite spiritum exalaret. testes sunt libri eius. qui etiā nūc
habentur luculentissime de nostra religione conscripti: et preci
pue volumen illud quod de moysi ac ihesu consonantia scrip
tit: sed et multa alia preclara eius opuscula. que ab studiosis
quibusq[ue] permagnifica habentur. Hec autem diximus etiam
inimicorum testimonio probare cupientes: q̄ mira et apud ipsos
habita sit origenis eruditio vel doctrina. Ipse vero de se
respondens quibusdam: qui ei pro huiuscemodi studijs obtreda
bant. ita scribit. Cum vero ad verbi dei me studiū contulisset
et fama de vobis celebrior haberetur: atqz ob id nonnulli phi
losophorum vel ad percunctorandum vel ad obsistendum adire
nos et congregredi conuenirent: hereticorum quoq[ue] plurimi.

ad impugnandos nos excitarentur: visum michi est vel philo
sophorum vel hereticorum dogmata diligentius perscrutari
ne ad conuincendos eos si ignorarem que apud ipsos sunt im
peratior inuenirer. **H**oc autem fecimus exemplum sequentes
prioris nostri apostoliciviri pantheni qui in grecorum studijs
et philosophie eruditioñibꝫ ꝑmaxime effloruit: sed et heracle
qui nunc apud alexandriam cathedralm presbiterij adornat:
quem ego apud magistrum philosophorꝫ repperi: illius studijs
aliquot iam annis operam dantem priusꝫ ego omnino vel in
ciperem. **I**n tantum autem nichil ex hoc supradicto viro ob
trectationis exortum est: vt etiam cōmunem habitum quem
prius gesserat deponens philosophica assumeret indumenta
quibꝫ usqꝫ ad presens vti nō destitit. **L**ibros qꝫ philosophorꝫ
legere: et in hīs exerceri pro viribus nūquā cessat. **H**ec ipse p
se querulis quibusdam respondens scribit. **F.** Per idem vero
tempus cum apud alexandriam in verbi dei studijs exerceret:
adest repente vir quidam militaris. epistolas ei et demetrio
episcopo sed et prefecto tunc egypti a duce arabie deferens: cū
omni velocitate et instantia originem illo usqꝫ orante emitti
Dicit sibi de fide christi quam per eū clarissime predicari frequēs
nunciabat fama differeret. **A** quibus exoratus ab̄ht. edocuit:
crediderunt red̄ht. Post aliquantum vero tempus apud alexan
driam cum bello ciuili exorto. alias alio ipse ad palestine par
tes secessit: et apnd cesare ammorabatur. **O**b̄i et disputandi in
ecclesia atqꝫ explanandi scripturas diuinās ei ab episcopis
in iungebatur officium: et quidem nec dum presbiterij sibi ordi
natione collata: sicut relatum inuenimus in epistola alexandri
rescribentis demetrio post multum tempus hec ipsa culpanti
Scribit autm hoc modo. Quod addidisti in litteris tuis quia
nunꝫ auditum nec aliquando faciū sit vt presentibus epis
tayci disputent: nescio quam ob causam tam apertum mēdatiū

asserere volueris: cum consuetudo hec sit ut sicuti inueniantur
qui possint fratres instruere in ecclesia et consolari populum
ad tractandum semper a sanctis episcopis inuitentur: sicut euel
pius a fratre nostro neone. apud larandos: et paulinus a cesso
apud ytonium. et apud syrinadum theodorus abbatico. Non
autem dubium est quod alii plurimi in alijs locis si qui sunt qui pos-
sit opus dei in verbo et doctrina competenter explere: ad hoc
ipsum a sanctis episcopis inuitentur. Sed hec postmodum gesta
sunt. Tum vero rursum demetrius litteras misit ad eum per
electos viros dyaconos ecclesie: alexandriam redire et consueto
operi insistere omni cum affectione depositens.

¶ De quibusdam scriptoribus eiusdem
temporis. ¶ Capitulum. xviii.

Florebant autem per idem tempus plurimi disertissimi
in ecclesiis viri quorum epistolas quas ad se inuicem
dabant repperimus in iherosolimorum bibliotheca ad nos us
que seruatas. quam construxerat vir eruditissimus de quo su
pra memorauimus alexander loci ipsius episcopus. vnde et
nos ut fateamur quod verum est totius huius operis nostri et
hystorie conscribende materiam sumpsimus. Erat ergo inter
ceteros et berillus scriptor precipuus: qui et ipse diuersa
opuscula dereliquit. Episcopus hic fuit: apud bostram arabie
urbem maximam. Erat nichilominus et ypolitus episcopus:
qui et ipse aliquanta scripta dereliquit. Denit ad nos etiam
gajan cuiusdam disertissimi viri disputatio aduersus procu
lum cathafrigam: habita in urbe roma presente episcopo ze
ferino. Qui cum argueret cathafrigam quod nouas sibi quas
dam scripturas presumeret: ipse iter cetera pauli apostoli tre
decim epistolas asserit: eam que ad hebreos scripta est non

commemorans que etiam nunc apud latinos putatur non esse
pauli apostoli.

¶ De successione romanorum principum et pontificum. Ca. xix.

Verum antonino septem annis et sex mensibus imperio consummato: maternus succedit. Qui cum post annum fuisset defunctus: alius antoninus regni romani suscepit principatum. Cuius primo imperij anno episcopū urbis rome zefelinū diem obiit: decem et octo annis sacerdotali funeris officio. Post hunc calixtus sacerdotium suscepit. Quo. v. annis administrato: post suum finem sedem de reliquit urbano. Post Antoninū vero romanum regnum quod ipse solis quatuor annis tenuerat alexander suscepit. Tunc etiam asclepiade apud antiochiam defuncta: filetus in episcopatu succedit.

¶ De matre alexandri imperatoris. Capit. xx.

Alexandri vero imperatoris mater mamea nomine de raris religiosa semina. cum de origine fama magnifica et celeberrima haberetur: ita ut ne principum quidem lateret aures compata opinione viri summo nisu gestire cepit quatenus sibi eius presentia fieret ut in litteris in sermone in fide et prudenter omniz doctrina quam cunctis in admiratioē esse cernebat per se met ipsam sumeret documenta. Igitur antiochiam ubi per idem tempus degebat missis militaribus viris: cum omni honore et supplicatione ad se tamquam vere diuini verbi interpretem famulumqz dei orat venire. Quo cum venisset et quātū oportebat operis explesset ac temporis omnibus rite pacis que ad verbum dei et gloriam spectant: stabilesqz ac firmos in fide quos instruxerat derelinquens. presentia qz fama longe clarior factus ad proprias scolas alexandriam redit.

De ypoliti libris. Capit. xxii.

In diebus illis ypolitus de quo paulo ante memoriaū inter cetera scripta sua libellum de paseha scriptum edit. In quo cum descriptionem quamdam temporum faceret. de sedecim annorum circulo. qui in pasche ratione obseruari solet: nescio quam supputationem secutus vniuersa tempora iter primū alexandri ipratoris annū cōcludit: Sed et alij libelli eius peruererunt ad nos. i. exameron et eaq; post exameron scripta sunt: et contra marcionē. et in cantica canticoꝝ: et in pte quādā ezechielis ppheſe: et contra oēs heres. Sed et alia apud alios opuscula eius inueniri certū ē.

Ex quo taliter origenes scribendi cōmentarios in scripturas sanctas inicium sumit. Capitulum. xxii.

En illo tempore etiā origenes conscribendi cōmentarios in scripturas sanctas inicium sumit: compellente se ambroſio et multa vi precum obſecratioūm cogente . Quicq; ambroſius tantum studij adhibuit: vt omnia que in hoc opus essent necessaria atq; affluenter preberet. Notarios septem adhibuit qui ei incessabiliter astarent: quiq; sibi inuicē illo pene indeſinenter dictante succederent. Scriptores quoq; alios tantos: ſz et puellas aprime eruditas in scribendo totidē numero in hoc ipm vocare fecit. Omnibꝫ quoq; intrinſetus necessarijs habundantissime ministratis: cotidianū de illo opus verbi dei violentꝫ et religiosus compulſor exigebat. Sed et ipſe ingens ex ſe ſtudium in eruditione verbi dei adhibebat: vnde maxime dignus videbatur. cui iſtud impenderetur officium: et cui quid quid archanū et absconditū in ſacris litteris tecū ē panderet.

De ſucceſſione romani pontificis et athiocheni epi. Ca. xxii.

Iusta urbanus episcopus in urbe roma octo annis ad ministrato sacerdotio: pontiano sedem reliquit. Post file tum autem apud antiochiam zebennus ecclesiam suscepit.

¶ Quemadmodum origenes presbiter factus sit. Capi. xxiiij.

Quo in tempore origenes rogat⁹ est ab ecclesiis que sunt achaie: ut illousq; p cōuincendis hereticis q; ubi liber⁹ conualuerant perueniret. Quo cum pergeret et iter necessario ageret per palestinam: presbiter apud cesaream ab illius pruincie episcopis ordiatur. Pro hoc autem que aduersus eum humanus liuor accenderit. et rursum pro defensione eius que gesserint h̄j qui in ecclesiis presidebant. quantaq; alia pro eo q; in p̄dicatiōe verbi dei satis clare efflouerat mota sint: pro pria quidem singula q; bystoriā requirunt: tamen et nos in secundo libro tres apologias ex parte quedam perstriximus unde facilius agnoscere potest qui scire desiderat.

¶ Quemadmodum origenes definit canonem in veteris ac noui testamenti. Capitulū. xxv.

Insta iugi et cōtinuato labore in explanatione diuinorum voluminum persistebat: siue alexandrie siue apud cesaream positus: sicut ex ipsis eius cōmentarijs iudicatur. Exponens sane primum psalmum: designat etiam ipse qui sit canon veteris testamenti. hoc modo scribens. Non est ignorandum inquit viginti et duos esse libros i canone veteris testamenti sicut hebrei tradunt: scdm numerum scilicet elementorum que apud ipsos habentur. Et paulopost addithec. Sunt autem viginti et duo libri h̄j. Genesis. exodus. leuiticus. numeri. deuteronomium. Ihesu naue. iudicum. Regnorum primus. et secundus

Vnus liber est apud illos quem nominant samuel. Item tertius et quartus: vnus est apud illos ipsos quem appellant regnum dñi. Et paralipomenon primus et secundus in uno habent quem dicunt sermones dierum. **D**esdras primus et secundus in uno est. Item liber psalmorum. **S**alomonis proverbia. et aliis ecclesiastis: et tertius eiusdem cantica canticorum. **S**ed et duodecim prophetarum liber unus est. Et ysaias propheta. et iheremias quoque ac ezechiel: et daniel: iob et hester. In his concludunt canonem voluminum diuinorum. **N**achabearorum vero libros extrinsecus habent. ¶ De noui autem testamenti canone: in primo libro commentariorum euangelij secundum matheum hoc modo scribit. Ex contradictione inquit dividici de quatuor euangelij: quia hec sola absque ulla tradizione suscipi debent ab omnibus que sub celo sunt ecclesias dei. Ita enim tradiderunt patres: quod primo omni scriptum sit euangeliu[m] a matheo qui aliquando fuerat publicanus hebraicis litteris. et traditum his qui ex circumcisione crediderant. Secundum vero scriptum est a marco iuxta ea que sibi tradiderat petrus: sicut etiam in epistola sua commemorat de eo ipse petrus dicens. salutat vos filius meus marcus. Tercium erat secundum lucam: quod paulus apostolus collaudat. tamquam his qui ex gentibus crediderant scriptum. Super omnia esse euangeliu[m] iohannis. De apostolicis quoque litteris ita dicit. Is vero qui ydoneus factus est minister noui testamenti non littere sed spiritu paulum dico qui repleuit euangelium ab iherusalem in circuitu usque ad illiricum: nec ad omnes ecclesias quas docuerat scripsit: sed quatuordecim tantum epistolas et in ipsis plures brevissimas scripsit: quamuis nonnulli et de ea que ad hebreos scripta est dubitauerint. pro eo quod non videatur seruari eius illa sententia quam de seipso pronunciat dicens se imperitum esse sermone. Sed ego dico sicut michi a maioribus.

traditum est. quia manifestissime pauli est: et ones maiores nři
eam vt pauli epistolam suscepérunt. Si vero requiras a me p
quem sit eius sermo compositus pro certo quidem deus viderit
opinio tamē que ad nos usq; peruenit huiusmodi est. A quibꝫ
dam dicebatur qꝫ clemens apostoloꝫ discipulus et episcopus
vrbis rome greco eam sermone non tamen sensibus expoliue
rit: alij qꝫ lucas qui euangelium scripsit et actus apostolorum
Petrus vero super quem cristi fundatur ecclesia: duas tantum
modo epistles scripsit: e quibus a nonnullis et de secunda du
bitatur. Johannes quoq; qui supra pectus domini in cena recu
buit post euangelium scripsit et apocalip̄sim: in qua tamen re
ticere iussus est quem septem tonitruorum locute sunt voces.
Scribit autem et tres epistles: in quibus due per breues de
quibus et apud quosdam dubia sententia est. De his quidem
talia.

De successione alexandri episcopi et de firmi
liano alexandro episcopis. Capitulū. xxvi.

Intra decimus erat annus supradicti principis romanorꝫ
in quo origenes de alexandria profugus cesaream vene
rat: heracle vni ex discipulis probatissimo de quo superiō dixi
catholicos auditorium derelinquens. Non multo autem post
et demetrius episcopus defunctus est: quadraginta et tribus
annis episcopatu illius ecclesie ministrato. Cui succedit supra
dictus herecas. Per idem tempus erat in episcopis magnifico
firmilianus capadocum gentis vrbis cesaree. Hic tantum ve
nerationis erga origenem scientie et doctrine gratia habebat
vt inde sinenter constringeret eum secum morari. Sed et ipse
derelicta ecclesia apud ipsum properabat et vtebatur religiosa
quadam vicissitudine: dummodo ipsum ad instructionem sue
ecclesie illo evocaret modo ipse sui profectus gratia ad ipsum

pergeret: et docenti ei diebus ac noctibus assideret. Sed et alexander quem iherosolimorum ecclesie preesse supra docuimus et theotistus qui apud cesaream gubernabat ecclesiam: omne pene vite sue tempus ad audiendum eum mancipabant: atque ipsi soli in diuinis scripturis ecclesiastica doctrina summam magisterij concedebant.

De successione romani principis et de persecutionibus eiusdem temporis. **Capitulum. xxvii.**

Alexandro vero imperatori post tredecim annos principatus sui defuncto: maximinus cesar succedit. Qui cum odij ferretur aduersum successoris sui alexandri domum: persecutiones commovit ecclesias: ita tamen ut eos tantummodo qui populis preerat et doctrine puniri iuberet. velut qui causam ceteris huiuscmodi persuasionis preberent. Tunc origenes librum de martyrio ad ambrosium scribit. Qui cum ad plures peruenisset. tamquam neruis quibusdam validissimis stabilitate sponte se ad confessionem christi nominis offerebant. Ex quo et maximus numerus extitit confessorum tribus annis a maximino persecutione commota: in quibus finem et persecutionis fecit et vite. Post quem gordianus imperium suscepit.

De successione romanoꝝ pontificiꝝ et antiocheni ep̄i. **Ca. xxvii.**

Anciano vero sex annis principatu urbis rome fundo: succedit antherus. Qui cum mense uno non amplius ministrasset: fabiano sacerdotium dereliquit. **C**ladunt autem fabianum anthero defuncto cum de agro reueteretur una cum amicis suis: et universus ecclesie populus pro episcopo eligendo in unum coisset: atque alio de alio ut fieri solet in talibꝫ cōclamaret. nec tñ vulgi sententia certi aliquid optineret;

aslitisse etiam ipsum iter ceteros scire cupientem qui rei exie-
foret: et subito per dei prouidentiam columbam celit⁹ lapsam
figuram ferentem illius que in sancti spiritus ymagine super
ibesum descenderat apud iordanē: super caput aslitisse fabiam
Ad quod spectaculum ora cunctorū ocul⁹ osq; conuersos: et oēs
velut uno spiritu cōmotos hunc esse episcopatu dignum per
dei iudicium decreuisse: eumq; continuo cathedre impositum:
et legitimo sacerdotio confirmatum. **Q**uod alij super hui⁹. alij
super zeferini nomine gestum tradunt. **C**unc etiam apud an-
thiochīā episcopo zebenno defuncto: babilas ecclesie suscepit
principatum.

¶ Quot discipuli fuerint origenis. Capit. xxix.

A pud alexandriā vero cum heraclas demetrio successisset
auditoriu catheces eos quod ab origene susceptum tenu-
erat dyonisio tradidit. eo q; et ipse unus ex discipulis eisq; ori-
genis. **I**pse autem cum apud cesaream moraretur innumerí
ad eum non solum regionis viri. sed ex prouincijs procul po-
sitis concurrebant: et de relīcta patria ac parentibus sequebā-
tur eum viam dei docentem. **I**n quibus fuit et vir famosissimus
theodorus. ipse qui non longe a nostra memoria nobilissimus
in episcopis apud pontum gregorius nominatur: fide et vir-
tutibus atq; scientia per omnia apostolicus. **S**ed et ei⁹ frater
athenodorus quos origenes adolescētulos de auditorio retho-
ris retrados: studia cōmunium litterarū indiuinam suasit phi-
losophiam cōmutare. **Q**uiq; apud eum per quinquennij temp⁹
verbo dei operam dantes in tantum profectum diuine eruditio-
nis atq; scientie peruererunt. tantumq; vite merito et mox
cultu enituerunt: vt ab scolis ad episcopatus ponti prouincie
sacerdotium vterq; raperetur.

¶ De africano. Capitulum. xxx.

Oer idem tempus erat etiam africanus vir inter scriptores ecclesiasticos nobilis. Huius epistola fertur ad originem scripta, obicientis ei vel proponentis. q̄ hystoria susanne que in daniele scripta est ficta videat. et aliena ab scriptura prophetica. Cui origenes magnificentissime scribens assent nequaq; iudeorum cōmentis et fraudibus auscultandum: sed hoc solum provero habendum in scripturis diuinis quod septuaginta interpretes translaterunt: quoniam id esset solum quod auctoritate apostolica confirmatum sit. Denerunt ad nos etiam alia supradicti scriptoris africani opuscula: et maxime cronica valde diligenter studioseq; composita: in quibus com memorat se alexandriam properare: heracle opinione celeberrima prouocatum quem et in diuinis et in philosophicis studiis atq; omni grecorum doctrina instruissimum fama loqueretur: quemq; inibi episcopatus officium suscepisse superius memorauimus: Idem quoq; africanus scribit ad aristidem quēdam de ea que videt euangeliorum dissonantia: et cur mathei et luce in generatione cristi feratur diuersa conscriptio: vbi ostendit euidentissimam veriusq; consonantiam. sicut iam in primo libro huius operis edocuimus.

De cōmentarijs vel libris origenis. Capit. xxvi.

Oer idem temp⁹ origenes triginta cōmentariorum libris in partem quandam ysaie prophete editis: in ezechielē viginti quinq; athenas proficiscens consummare se memorat vbi et quinque libros primos in cantica cantorum scribit: alias autem quinq; regressus a cesarea consummavit. Sed nūc non opus est opuscula eius enumerare. que pene innumerabilia sunt: cum id in eo opere fecerimus vbi beati pamphili vitā descripsimus: referentes quanta ab eo antiquorum scriptor̄ volumniua: et p̄cipue origenis bibliotheca cesariensi quam ipse

precipuo et nobili studio compoluit consecrata sunt. **P**ri quis ergo nosse vult quanta originis volumina in manus nostras venerint: inde sumat indicium. Nunc autem ad hystorie ordinem properandum est.

De berillo episcopo. Capit. xxxij.

Berillus de quo paulo ante memorauimus bostrene urbibus arabie episcopus. ecclesiasticam docendi regulam violare conatus: peregrina quedam et aliena a veritate docere cepit: asserens et saluatorem nostrum neque extitisse ante carnis nativitatem neque propriam deitatis habere subsistentiam: sed hoc solum quod paterna in eo deitas habitaret. Pro quo quod plurimi episcopi congregati: disceptationes cum eo non minimas habuere. Sed inter ceteros origenes magnopere exoratus est venire in conflictum viri. Isque primo sensim cum eo disputans: quid sentiret diligentius perscrutatur. Quo coperto. continuo quid absurdii inesset huiuscmodi sensibus. et quid impietatis talia asserentem consequeretur ostendens: abicere vel respuere male conceptum suasit errorem: et redire ad fidem veram sanaque doctrinam. Quodque in causis talibus inauditum est. ita error ab ecclesia depulit: ut emendaret non perderet erroris auctore. Denique fertur etiam nunc descripta ipsa disputatio originis et berilli: que per se met ipsam preclarum operis eius indicio est. Sed et multa alia eius similia ad nos gesta dictaque litteris clara et magnifica peruererunt: que nos vel litteris ipsius vel maiorum relatione comperta. nunc iterum pro hystorie breuitate preterimus: que tamen agnoscimus ex ea que scripta est a sandro pamphilo martiri apologia pro ipsa una mecum: quam ob cohibendos querulos inuicem nos iuuantes communis studio ac labore conscripsimus.

De philippo imperatore christiano. Ca. xxxij.

Gordiano cum per sex annos romanorum gubernassz imperium: philippus vna cum philippo filio succedit. De hoc traditum nobis est q̄ cristianus fuerit: et in die pasche id est in ipsis vigilijs cum interesse voluisse et cōmunicare miste r̄ijs: ab episcopo loci non prius est permisus nisi confiteretur peccata sua et inter penitentes staret: nec vllomodo copiam sibi misteriorum futuram nisi prius per penitentiam culpas que de eo ferebantur plurime diluisset. Ferunt igitur libenter eum q̄ a sacerdote imperatum fuerat suscepisse: diuinumq; sibi inesse metum et fidem religionis plenissimam retus atq; ope ribus comprobasse.

D. De successione alexandrii pontificis et de libris vel opusculis origeis. Capit. xxxiiij.

Pius tertio imperij anno heraclas apud alexandriam sexto anno episcopatus diem obiit: locumq; sacerdotij dyonisius suscepit. Quo tempore origenes sexagesimum agens etatis annum: poslea q̄ et v̄su et periculis et laboribus plurimum fiducie in verbodei acceperat: permisso fertur ea que ex tempore in ecclesijs disserebat a notarijs excipi: nee ante vñq; dedisse hanc copiam: nisi cum id sibi et vite grauitas et etatis maturitas: et multe experientie concessit auctoritas. Tunc ad uersum quemdam celum epicurum philosophum: qui contra nos libros conscriperat octo voluminibus respondit. Tunc et in euangelium scdm matheum viginti quinq; commentario rum libros edidit: et in duodecim prophetas q̄ plurima commentatus est. Ex quibus ad nos usq; uiginti tantum et quinque volumina peruenierunt. Sunt eius et ad imperatorem philippum epistole et ad uxorem eius seueram: absque vlo adulationis fuso scripte. Scribit et ad fabianum urbis rome ep̄f copum: et ad alios quamplurimos ecclesiarum principes. &

catholica fide sua. De quo evidenter in sexto apologie nostre pro ipso volumine comprehendimus. Hunc et alie eius epistole ad diuersos scripte: quarum nos interim centum numero inuenire possumus: atque in libros digestas memorie tradere.

De heresibus eiusdem temporis. Ca. xxxv.

En tempestate in arabie partibus extiterunt quidam assertores dogmatum peruersorum dicentes animas hominum per mortem cum corporibus interire pariter et corrumpti: rursus vero in tempore resurrectionis denuo cum corporibus suscitari. Ad quem morbum ab ecclesia depellendo cum igitur episcoporum consilium conuenisset: iterum origenes rogatur ab omnibus interesse et facere sermonem. Cumque coram omnibus sacerdotum consilio disputasset: tam magnifica fuit eius oratio ut omnes eos quos noui dogmatis errorum inuoluerat ad fidem rectam et sensum catholicum reuocaret. **F**exitit etiam alia heresis per illud tempus que dicitur elcesitarum: quam ille statim ut visa est apparuisse restrinxit. Facit autem eius mentionem cum de septuagesimo et secundo psalmo in ecclesia disputaret: hoc modo. Denit quidam in hiis diebus qui sibi magnum aliquid et super ceteros sapere videretur: asserere volens quedam ipsius et absurdam: defendens heresim quandam elcesitarum que nunquam exorta est. Et tamquam que sint que ipsa heres asserat indicabo vobis: ne cui forte vestrum subripiat ignoratio. Iste ergo quedam de scripturis sanctis refutant: et rursum videntur testimonij de novo et veteri testamento quibus volunt. Apostolum tamquam paulum ex integro respuunt. Et asserunt quod in persecutionibus si quis negauerit nichil criminis habeat: pro eo quod is qui fixus est in corde suo etiam si ore negauerit pro necessitate corde tamen in fide permanet. Nec asserunt et libri quemdam circulerunt.

quem dicunt celo lapsum: cuius verba si quis audierit remissione accipiat peccatorum: aliam preter illam quam cristus dedit.

De persecutione decij imperatoris et de martyrio vel successione romani et iherosolomitani et athiochei pontificis. Cap. xxxvi.

In terea septem annis philippo principatu administrato decius succedit. Qui cum infestus esset philippo. persecutions ecclesias suscitat: in qua fabianus in urbe roma martyrio coronatus sedem sui episcopatus cornelio dereliquit. In iherosolimis vero alexander episcopus rursum pro confessione christi iudicis sciscitur: et vinculis carceris traditur. Qui cum longeue etatis venerande canicie prefulgeret: postea propter frequentem passionibus suis et cruciatibus glorificauerat dominum: dum de vinculis ad tribunal. et a tribunalibus reuocatur ad vincula inter ipsa vicissim sibi succendentia tormenta defecit. Huic in sacerdotio mazabenos succedit. Apud anthiochiam vero similem per omnia babillas alexandro post confessionem gloriose vite fine sortitur in vinculis. Post quem fabianus episcopatus officium suscepit.

Quod origenes in ipsis persecutionibꝫ confessione plurimum laborauerit. Capitulum. xxxvii.

Sed et in hac pſecutione propta aduersus origenem gesta sint. quibusq; contra eū possimꝫ demon artibꝫ cū vniuerso exercitu suo. et propta contentiōe pugnauerit. vtq; super omnes ceteros qui per illud temp̄ pro christi nomine tenebant nouas cruces nouas penasq; genera. ac seculis oībus inaudire tormenta pertulerit: vtq; pro eo q; in doctrina fidei et veritatis opinatiſſimꝫ videbatur. omnia aduersus eum demona furoris arma commota fuit

et ignibus intentatis ita caute mille mortibus vexat⁹ sit, nec
tamen vna ei quam exoptabat acciderit: quicq⁹ exitus eū sus-
ceperit persecutore summo studio id gerente vt nec iteritus
prestaretur nec pena cessar⁹: et quales postmodū de hīs ipsis
epistolæ scrips̄erit quas omni miseratione et lacrimis plenas
ex ipsis manifestius que scripta sunt integrum qui agnoscere
cupit horum noticiam sumet.

De dyonisio alexandrino episcopo et quid referat
de martiribus eiusdem temporis. Capitu. xxxviiij

Dyonisius vero episcopus alexandrinus per illud tem-
pus sicut ex ipsius epistolis verissime comperimus in
multis sepe confessionibus satis clarus efficitur: et pro passio-
num tormentorumq⁹ diuersitate magnificus. Deniq⁹ refertur
insectantibus sequib⁹sdam respondisse. Onid insectando labo-
ratis: Caput meum pro quo magnopere fatigamini auulsum
ceruicibus sumite et donum magnū ad tyrannum referte. Sed
et idem ipse ad fabianum antiochenum episcopum scribens
de hīs que sub decio apud alexandriam agones martyrij desu-
dauerant: hoc modo refert. Non ex precepto inquit i⁹peratoris
apud nos persecutio sumpsit exordium. sed anno integro prin-
cipalia preuenit et ista minister demonum qui dicebatur in ci-
uitate nostra diuinus: supersticiosum contra nos exagitans
vulgus: a quo multitudo succensa nichil aliud q̄ pioz sangui-
nem siciebat. **P**rimo ergo religiosum quemdam senem me-
traniū nomine corripientes: iubent impia verba proferre.
Quod ille cum facere recusaret: omne corpus eius membratim
fusibus colliserūt: vultumq⁹ et oculos acutis calamis terebrā-
tes. extra urbem cum cruciatibus eiecerunt: ibiq⁹ quod in eo
super erat spiritus lapidibus eiecerunt. Post hec mulierem
quādam nobilem contam noīe ab ydola perducentes adorare

cogebat: recusantem ymmo potius execrantem: vincula pedib⁹
innedentes et per plateas totius ciuitatis trahentes. sedo hor
rendoqz supplicij genere discerpunt. De hinc omnes simul irru
erunt per domos seruorum dei diripientes euertentes atqz hos
tili crudelitate cuncta fedantes: ita vt preciosioribus quibus
direptis. si qua illa viliora reppererant in vnum congregata
igne in plateis cremarent. Nostri tamen direptionem hanc bo
norum suoz sicut apostolus de illis antiquis dicit: cum gaudio
suscepserunt. Sed et admirandam virginem longeue etatis ap
polloniam nomine cum corripuisserent. dentes ei primo omnes
effoderunt. congestis deinde lignis extruxerunt rogam: commi
nantes viuam se eam incensuros: nisi cum ipsis pariter blasphe
maret deum. ¶ At illa vt rogam vidit esse succensum paululum
quid iu semetipsum molitur. repente vero se e manibus prozu
pit impiorum: atqz in ignem quem minabantur sponte profili
uit ita vt pretererrentur etiam ipsi crudelitatis autores: q
promptior inuenta est ad mortem femina q̄ persecutor ad pe
nam. ¶ Herapionem quoqz domi sue repertum crudelissimis
affecere supplicjs: ita vt omnes ei mēbrozum iuncturas prius
soluerent. et sic eum de superioribus precipitarent. ¶ Nullum
nostris iter pium erat. nullius platee transitus indulgebatur
neqz die neqz nocte procedendi usquā libera erat facultas. Ut
enim quis nostrum apparuisset in publico: statim clamor vul
gi et sedicio nascebatur: vt vel pedibus traheretur qui visus
esset vel igne succenderetur. Verum cum hec mala per dies sin
gulos augerentur: subito inter ipsos psecutores rabies quedā
belli ciuilis exarsit. et dum inter se sedicionibus preljsqz decer
tant interim nobis paululum licuit respirare. Sed non in lon
gum venia fuit. Continuo crudelissima principum mittuntur
edicta quibus tanta in nos ferebatur imanitas: vt scdm quod
predicū est a domino si fieri posset scandalizarenſ etiā eleci.

Ex quo perterritis penè omnibus quidam ex istis nobilibus statim se sponte imp̄is acibus ingesserunt: alij conuenti tan tūmodo nonnulli a domesticis proditi ad sacrificia execrāda. et ad imundas hostias pperabant: et aliqui ex h̄js pallentes et trementes. vt magis imolari ipsi q̄ immolare ydolis vide rentur: ita vt etiam ab inspectante populo deriderentur eo q̄ ad morientēs et ad sacrificandum ita meticulosi videbātur. **A**lij sane tam impudenter ad aras prosiliebant: vt affirmare int̄errentur se nunq̄ cristianos fuisse. **H**ij erāt de quib⁹ predixerat dominus: quoniam pecunias habentes difficile saluabuntur. **C**eteri vero aut istos sequebantur in preceps: aut certe verte bantur in fugam. **E**x quibus nonnulli comprehensi et in carcerem missi: alij ad primam statim iudicis faciem negauarunt fidem aliquanti paululum supplicijs toleratis: ad ultimum deciderunt. **H**ij vero qui beati effecti sunt: tanquā columpne fortissime domini ipsius spiritu confirmati pro fidei sue merito virtute a domino percepta. admirāda deo et angelis martyrij sui spectacula prebuerunt. **Q**uoꝝ primus venerabilis iulianus podagra constrictus: ita vt neq; incedere neq; stare posset: cum h̄js qui eum in cellula portabant offertur. **Q**uoꝝ unus qui dem statim negauit: aliis vero nomine eunus cum iuliano sensi in domini ihesu cristi confessione perdurat. **Q**uiq; iubentur ea melis ipositi per omnem circumduci ciuitatem et flagris hinc inde verberantib⁹ populo inspectante lamari: usq; quo finem vite in ipsis verberibus ponerent. **S**ed vir quidam militaris cum assisteret. et quosdam volentes etiam mortuis illudere ea daueribus prohiberet: clamor repente aduersus eum totius vulgi extollitur. **O**ffertur iudici fortissimus miles iam domini et nusq; se inferior factus in confessione persistens capite pro pietate dampnatur. **A**lius quidam vir nomine macharius generere libicus cū multis verbis a iudice ad negādum suadere

et eo maiore cōstantia fidē suā profiten̄: viuus ad ultimū
iubetur exuri. **E**pymachus quoq; atq; alexander cū multo
tempore et in vinculis et in cruciatibus carceris. torti etiam
frequenter et diversis supplicijs confecti perdurassent in fide:
ignibus ad postremū cōsumi iubentur. **S**ed et mulieres cū
īphis quatuor. in quibus āmonaria sancta virgo: aduersu quā
īdex summa cōtentione vtebatur. et īmensis eam atq; exqui
litis cruciatib⁹ affligebat: eo maxime qđ ei⁹ sententiā vincere
cupiebat. qua laudabili voce decreuerat. nichil se prorsus eoz
que sibi contra fas impabantur acturam: statuti sui tenax ad
ultimū capite punit. **S**ecunda vero fuit virgo mercuria noīe et
anus venerabilis et secundissima ī filios. sed quos non p̄tulit
cristo: dyonisia et alia āmonaria. **Q**ue dum nimia vtuntur cō
stantia apud iudicē: et ille vinci erubescit a feminis: iauditis
tormentorum generibus toleratis finem omniū ferro cedente
fuscipiunt. **H**eron quoq; et tarquinus et ysidorus egyptij cū
puerulo ānoꝝ quindecim dyoscoro: iudici offeruntur. **E**t primo
omniū puerulū dyoscoꝝ tanq; pro etate facilē flecti: añ verbis
post etiā verberib⁹ agit. **Q**uē cum in nullo sibi cedere videat
ferocius eum cruciare contendit. **T**unc deinde ceteros varijs
tormentis dilamās: cum pari modo constantia fidei videat ar
matos tradi ignibus iubet. **D**yoscorum vero puerū qđ sibi con
stanter et sapienter in omnib⁹ respondisset admiratus differri
precepit: sperans eum pro etate penititudinem gesturum. **Q**uod
non tā tyranni miseratione qđ domini prouidentia gestum est.
Nunc enim nobiscum est dyoscorus a deo nobis concessus: ad
consolationem et firmamentum populi sui. **N**emesius quoq;
etiam ipse egyptius: primo per calumpniā quasi latro delatus
est. **Q**uo crimine absoluto: post hec qđ cristianus esset defer
tur. **I**n hoc vero nulla a iudice moderatio reseruatur: sed gemi
natis supplicijs excruciatum. cum latronibus iussit incendi:

ignorans q̄ crudelitate sua optimo martyri salutis simili
tudinem detulit: qui pro salute generis humani vna cum latro-
nibus pertulit crucem. **T**urma autem quedam in unum co-
uenerat militum: inter quos amon et zenon et ptholomeus et
ingenius et grande⁹ et theophil⁹. Qui tribunalibus astantes
cum quidam cristianus a iudice torqueretur et iam pene ad
negandū declinaret: disrumpabantur intra semetip̄os et vultu
oculis ac nutibus velut erigere conabantur illum qui in sup-
plici⁹ positus trepidabat: interdum etiam manus pretendere
ac totius reliqui corporis motibus et habitu diuerse inclinati
tamq; subleuare lapsantis animos gestiebant. Conuersi vero
ad eos omnes. et quid de semetip̄is profiterentur ex eorum
motibus agnoscentes: prius pene q̄ in eos vulgus clamorib⁹
insiliret: ipsi in medium prozumpunt ac sese cristianos esse tes-
tantur. **T**ume vero versa vice ex eoz cōfidentia persecutorib⁹
terroz nostris constantia animi accrescit: dum h̄j qui per toz
menta vinci putabantur sponte se cruciatibus offerunt: et ab
h̄js quod illi pro terroribus inferebant velut pro quadam
sperie voluptatis expetitur deo ita triūphante per seruos suos

Ted nec scirionis op⁹ memorabile fas est silentio pretitire
Is namq; cum rem cuiusdam potentis sub mercede procuraret
iubetur ab eo ydolis imolare. Recusans cogebatur iniurias:
persistens rursus blandic⁹ mulcebatur. **T**um vero utrumq;
contempneret pre acuta fude validissima transuerberatus per
media viscera neci traditur. Quid vero memorem: quante mul-
titudines in desertis et montibus oberrantes fame siti frigore
languore latronibus bestijsq; consumpte sunt. Qui omnes imi-
tati electos dei prophetas: et gloria martyrij coronati sunt.

Teniq; et venerandus senex ceremon episcopus hic erat
vrbis egypti que dicitur incopolis. cum ad arabicum montem
una cum grande⁹ coniuge discessisset: nulli ultra comparuit.

Et cum ad perquirendū eum plurimi fratribus frequentissime processissent: pscrutatis omnibus locis neq; ipsos vltra quisq; neq; corpora eoz potuit inuenire. **H**ec autem non frustra com meorauit frater karissime: sed vt scias quāta apud nos a sācīis martiribus ad dei gloriam gesta sunt.

Et post pauca addit hec dicens.

Tibi ergo diuini mariires qui cum cristo in celestibus se dent et regi eius participes sunt atq; iudicij: qui cū ipso de lapsis fratribus iudicant. isti in p̄ episcopi suscepērūt lapsos et penitentiā conuersationēq; eoz non respuerunt: scientes q; deus noster cuius iphi erāt martyres non vult omnino mortem morientis: sed conuersionē eius et penitentiā querit. **H**i ergo receperunt quosdam et in ecclesia statuerunt in oratione quoq; eis et i cibo cōcauerūt. quid nos facere vultis fratres? **Q**uid nobis agendum putatis? Nonne sequi nos eoz sententias et iudicium conuenit: atq; erga eos quos illi miserati sunt non existere crudeles et truces? **N**on puto q; expedit nobis senten cias eoz in irritū reuocare: miserationes infringere. benefacta turbare et recte religionis eoz inslita violare.

De nouato scismatico. **C**apitulū. xxxix.

Nec dyonisius de lapsis faciens sermonem quo tempore nouatus romane ecclesie presbiter. elatione quadam tumidus. spē salutis eis penitus adimebat etiā si digne penituisserint: ex quo et princeps heresos extitit nouacianoz: qui ab ecclesia separati superbo nomine semetiplos catharos id est mundos appellarunt. **O**b quā rem consilium sacerdotale celeberrimum in vrbe roma congregatum est: episcopoz quidem sexaginta numero. presbiteroz quoq; totidem cum diaconibz plurimis. pterea p singulas quasq; pnuincias de hac re magna

deliberatione habita: decretis significatur quid factio opus esset
Statuitur ergo nouatum quidem cum eis qui eum mentis elatione tumidum sequentur quicquod ad ihumanam istam et nichil fraterne caritatis seruantem sententiam declinarent. alienum esse ab ecclesia. eos vero qui lapsi i certamine fuerat fraternali miseratione curandos. et fomentis penitentie medicandos.

De cornelio et cypriano episcopis quid contra nouatum scripsierint. **Capitulū. xl.**

Scribit de hac re et cornelius urbis rome episcopus ad ecclesiam antiochenam idicans fabiano eius episcopo quid statuerit in urbe rome consilium congregatum: quid etiam in alia affris ceterisquod occidentalibus visum sit. Cyprianus vero de hjs libz magnificentissime scriptum edidit: i quo et lapsos ad penitentiam cohortandos et contradicentes alienos esse a cristi visceribus statuit.

Epistola cornelij pape ad fabianum epm scripta in qua multa de nouati vita vel moribus differit. **Ca. xli.**

Etat autem et alia epistola cornelij ad fabianum antiochie epm scripta. edoces singula quequod de nouato quis qualisquod fuerit vel vita vel moribus: et quomodo ab ecclesia christi declinauerit. In qua refert quod episcopatus cupiditate quā intra se latenter gerebat in hec omnia mala deciderit: ex eo aut maxime elatus sit quod quosdam de confessoribus viros optimos inter ipsa inicio sibi socios assumpserit: in quibus fuit maximus quidam presbiter romane ecclesie et urbanus qui secundo confessores extiterant: sed et sydonius celerinus qui valde clari in confessoribus habebantur pro eo quod omnia tormentorum genera superauerat. Sed isti inquit cum diligentius proprixissent

agere eum cuncta fraudibus et dolis mendacis atque periuris
et quia benitatem ad hoc solum simularet ut deciperet igno-
rantes: relicto eo vel potius execrato ad ecclesiam cum magna
satisfactione reuersi sunt: et presentibus episcopis ac presbiteris
sed et laycis viris primo quidem errorem suum. tum deinde et
illius fraudes ac fallacias confitentur. **A**ddit preterea etiam
hec in epistola quod cum semper fratribus iurare solitus sit episcopu-
se omnino non cupere subito et ex ipso velut nouum plasma
episcopus apparuit: scilicet qui disciplinam sibi et instituta ecclae
sasica vendicabat: episcopatum quem non a deo accepit presu-
mebat. **T**ribus namque episcopis simplicissimis hominibus et
omniu[m] ignoris de remota ytalie parte adhibitis primo potius
subtili ab eo circuventione deceptis ymaginariam magis quam legi-
timam ab eis extorquet manus ipositione. **E**x quibus tamen unus
continuo ad ecclesiam redit confessus peccatum suum: et in comu-
nione laicam populo etiam pro hoc interueniente suscep-
tus. In locu[m] vero reliquo[rum] duorum qui nouato manu imposuerat
ordinati sunt alii episcopi et missi. **I**s ergo qui episcopatum
vendicabat. nesciebat in ecclesia catholica unum episcopum esse
debere: vni videbat esse presbiteros quadraginta sex diaconos
septem subdiaconos septem. acolitos quadraginta duos exor-
cistas et lectores cum hostiariis qui quaginta duos. viduas cu[m]
indigentibus mille quingentos: quos omnes deus alit in ecclesia
sua. **A**ddit autem etiam hoc quod idem ipse nouatus in iuventute
spiritu imundo vexatus sit: et cu[m] tempus aliquantum consumpsisset
apud exorcistas egritudinem incurrit graue. ita ut despareat:
et quod iacens in lecto pro necessitate profusus sit nec reliqua in
eo que baptismum subsequi solent sollempniter adimplenta sunt.
nec signaculo crismatis consummatus sit: unde nec spiritus sanctu[m]
vnguis potuerit promereri. **V**enique inquit cu[m] priuata quadam gra-
diligeretur ab eo et vellet eum ordinare presbiterum: clerus vero.

omnis et cōplurimi ex laycis prohiberent dicentes. non licere
clericum fieri eum qui in necessitate positus in ledo gratiam
consecutus sit: episcopum ab omnibus specialem hanc gratiam
popocisse vt sibi hoc de isto vno concederetur. **S**cribit etiam
de ipso q̄ persecutionis tpe cum i cellula quadam laterz inclu-
sis. et a dyaconis vt moris est subuenire in exitu cathecumis
rogaretur: timens procedere negauerit se esse presbiterum. **E**t
q̄ sacramenta diuidens populis accipientium manus teneret:
nec prius permitteret sumere q̄ sibi per ea que unusquisq; te-
nebat in manibus iuraret. q̄ nunq; se relicto ad cornelium re-
mearet: **H**ec et multa alia huiusmodi: cornelius de vita et mo-
ribus ac profanis eius actibus scribat.

¶ Quid dyonisius de nouato ad eundem fabianū scribit. Ca. xlij.

Dyonisius vero de hoc rescribes ad supradictum fabianū
tegit etiam quandam hystoriam dignam memoria: dices
serapionem quandam fuisse apud alexandriam vnum ex hīs
qui lapsi sunt: eundemq; sepe deprecatum vt susciperetur nec
tamen impetrasse: oppressum deinde hunc esse egretudine. ita
vt triduo prorsus sine voce iaceret: paululū vero quarta die
respirantem. vocasse ad se filiam suam et dixisse. **Q**uousq; me
detinetis. **Q**ueso vocet aliquis presbiterum: roget vt posset
aliquando dimitti. **E**t cum hec dixisset: rursum sine voce re-
māsit. **A**bīt cursu puer ad presbiterum noctis tempore. **I**nfir-
mabatur presbiter: venire non potuit. **T**amen quid prceptum
fuerat a me. vt lapsis in exitu nemo reconciliationis solatia
denegaret: et maxime hīs quos p̄ id rogasse constaret: p̄ay
eucaristie. puerο qui ad se venerat dedit. quod infusum iussit
prebere. **R**egrediente adhuc puer anteq; ingredieretur domū
rursum serapion respiciens. redisti inquit fili: et licet presbiter

venire non potuit. tu tamen imple quod tibi precepitū est vt possim discedere. Cumq; esset completa solemnitas. velut cathenis quibusdam vinculisq; disruptis. letiorem iam spiri- tum reddidit. Ex quo inquit constat certissime: huius boni auxilio nullum debere fraudari.

Epistola dyonisij ad nouatū. **C**apitulū. xlīij.

Scribit etiam nouato dyonisius epistolam: cuius ex-emplum inserere h̄js dignū pūtaui. Dyonisius nouato fratri salutem. Si inuitus vt aīs in hoc venisti ostendes in eo si desinas volens. Oportuerat quidēt etiā pati omnia: pro eo ne scinderetur ecclesia dei. Et erat nō inferior gloria sustinere martyrium pro eo ne scinderetur ecclesia: q̄ illa ne ydolis im-moletur. Immo scdm meam sententiam: maius hoc puto esse martyrium. Ibi namq; vnusquisq; pro sua tantum anima: in hoc vero pro omni ecclesia martyriū sustinet. Sed etiam nūc siue tu suadere siue cogere potes fratres redire ad concordiam: maius tibi erit emendationis meritum q̄ fuerat culpa cōmissi quia illud iam non imputabitur. hoc etiam laude dignum ducetur. Si vero illi in incredulitate permanserint: saluans salua animam tuam. Dale pacem desiderans quā tibi imprecor. **H**ec eadem etiam nouatiano scribit. Dedit et ad egyptios epistolam de lapsorum penitencia: in qua et regulas eius statuit penitendi.

De scriptis et opusculis dyonisij. **C**apitulū. xlīij.

Sed et multa alia probatissima feruntur scripta dyonisij. Scribit de penitētia et cohortatoriū libellum de martyrio ad origenem ad laodicenses et ad arménios de penitencia

Ad cornelium quoq; vrbis rome episcopum plurima scribit.
In quibus etiā hoc indicauit invitatum se a multis episcopis
id est ab heleno tharso cilicie et firmiliano capadocie et theo
tisto palestine. ut ad synodum antiochiam perget: eo q; ibi
nouati dogmata quidam serere conarentur. **E**t addit q; et fa
biano antiocheno episcopo defuncto: demetrianū i episcopatu
successerit. **S**ed et de iherosolimoz episcopo h̄is verbis scribit
Admirabilis autem inquit vir alexander in carcere positus: be
ato sine precessit ad dominum. **E**st et alia ipsius dyonisij eplā
ad romanos scripta de misterijs. et alia item ad ipsos de pace
et de penitentia: et ad quosdam confessores qui adhuc in vrbe
roma nouatum sequebantur: et rursum ad eosdem post ea q; ad
ecclesiam conuersi sunt: duas epistolas scribit. **S**ed et ad mul
tos alios varia ac diuersa scribens: studiosis quibusq; instruc
tioni et doctrine copiosissimam materiam dereliquit.

Incepit liber septim⁹ ecclesiastice hystorie. **D**e dyonisio
episcopo quid dicat de romanis principib⁹. **C**apitulu.i.

Scriptum nobis ecclesiastice hystorie lib⁹
scriptor⁹ suorum sudat elog⁹s: nobilissimus
patr⁹ et clarus i epis dyonisij. Qui postea
q; decius non totis duob⁹ annis principatu
romani apicis ministrato cū filijs pariter
iteremptus est: et gallus suscepit iperium
quo tempore etiam origenes septuagesimo etatis anno nō ad
integrum expleto defundus est scribens hermanici cuidam de
gallo hec refert. **A**n ne gallus inquit malum dect⁹ aut videre
potuit aut cauere: **S**ed in eundem lapide m offensionis ipegit.
Cuius cum regnum flozeret in inicio. et cūcta ei ex sententia
cederent: sanctos viros qui pro pace regni eius dō summo

supplicabant persecutus est: cum quibus et prosperitatē suam
pariter fugauit et pacem.

De cornelio et cypriano episcopis quid sentiant
de hereticis rebaptisandis. **C**apitulum. ii.

In urbe vero roma cornelio episcopatū regente. et apud
carthaginē cypriano abob⁹ fide virtute et pietate p̄stan
tibus. questio exorta est in affrice magis partib⁹. si oporteret
hereticos rebaptisari. Cumq; id a cypriano et ceteris pene
omnibus per africam sacerdotibus oportere fieri discernetur
cornelius et ceteri omnes per ytaliam sacerdotes huiusmodi
decretem manente sacerdotali concordia refutarūt: statuentes
antiquitus a patribus super hoc traditam regulam debere ser
uari: que continebat post abiectionem praui et cōfessionē recti
dogmatis sola eos manus impositione purgandos.

De successione romani pontificis et de scriptis
dyonisij et de quadā visione eius. **C**apitulu. iij.

Sed post cornelij consummationem qui tribus circiter
annis sacerdocio fundus est: episcopatus sedem lucius
suscepit. Cui octo solis mensibus sacerdocio administrato ste
phanus succedit. Quiq; similem cornelio de non rebaptisando
sententiā tulit. Ad quē dyonisius multa et sepe scripta direxit
de multis ecclesiasticis différēs causis. In quibus inter cetera
etīa hoc indicat: q̄ omnes ecclesie abiecta nouati p̄sumptione
pacē iter se inuicē seruēt. Scribit ergo et de hoc h̄is verbis
Ecito aut̄ frater omnes ecclesias in oriente que prius contur
babant nunc redisse in concordiā: et oēs ibidem vnamiter
coherere gaudentes et exultātes de pace que yltra spē ecclesie

reddita est id est dematianus apud antiochiam. et theotistus
apud cesaream mazabbenes in iherosolimis dormiente i pace
alexandro madrianus aquod thirum. eliodorus apud laodiciā.
helenus in tharso. firmilianus in capadocia. Verum ne sermo
ep'le longior fieret nobilium tñmodo vrbium tibi episcopos
indicaui: ut etiam ceteros cū ipsis pariter vnum sentire non
dubites per vniuersam syriam vel arabiam. Sed et hñ quibz
nunc scripisti mesopotamie episcopi: idem sapiunt. Pontus qz
et bitinia omnes pariter vnanimes et concordes multa sibi
inuicem caritate connexi. glorificant dominū nostry. Hec dyoni
si⁹ scribit. ¶ Stephanovero duob⁹ annis impleto sacerdotio
rome: sextus succedit. Ad quem scribit nichilominus dyonisi⁹
de baptismate commemorans quod stephanus quidem decessor
suum scribens ad firmilianum et helenum ceterosqz illarum
partium episcopos statuerit non cōmunicandum esse hñs qui
rebaptisant: sed debere considerari magnitudinem rei: quia nō
quicumqz sed pmagni et nobiles in episcopis viri sunt quibus
hoc visum sit. Dicit etiam qz super hoc scripserit plenus ad dy
onisium et philomenem prest iteros vrbis rome. Indicauit au
tem pariter etiam de labellñ heresi que temporibus suis exorta
sit: scribens hec. Quid autem dicam de ea doctrina que apud
ptholomaïdam pentapoleos ciuitatem nuper exorta est plena
blasphemijns in deum patrem et in dominum nostrum ibesum
christum. negans vere esse eum filium patrior; nec primogenitum
omnis creature: simul et sanctispiritus auferens intellectum:
Pro quibus cum vtrecqz partes ad me venissent. et presentib⁹
fratribus que cōmota fuerant discussissim: etiam litteris put
deus dedit paruitati mee psecutus sum et scripsi singula queqz
diligenter exponens: quorum tibi exemplaria transmisi. Sed
et in tercio libro de baptismo quē scripsit ad philomenem pres
bitez vrbis rome: etiā hec cōmemorat. Ego inquit et tractat⁹

hereticoꝝ lego et traditiones eoꝝ perscrutor: etiam si videar
ad horam verbis eoꝝ pollui. Sed multum michi confert hoc
ipsum: qꝝ ex ipsoꝝ verbis arguere eos possum. Deniqꝝ cū ali
quis ex fratribus comp̄sbiteris prohiberet me ne heretica
lectioꝝ tāqꝝ sc̄ni alicuius fetore polluerer: visio michi a deo
ostenditur que me cōfirmaret et sermo ad me factus est michi
euidēter proloquens. Lege omnia quecūqꝝ in manus tuas ve
nerint: quia probare singula queqꝝ et discernere potes: quādo
quidem et ex inicio hec tibi fuit causa credēdi. Amplexis sum
visionem que apostolice iussioni concordabat dicen̄ti: omnia
legite: que bona sunt tenete. In ipso quoꝝ libello cōmemorat
non tunc primū in affrica de hereticis rebaptisandis ab epis
telle decretū: sed antea iam in nōnullis ecclesīs et cōsilīs epoꝝ
vel in p̄conio vel in alijs locis. de hoc fuisse tractatum.

¶ Quid idem dyonisius referat de quodam
fidei antiquo. ¶ Capitulum .iij.

Sc̄bit adhuc et in quarto de baptisme libro ad dyo
nisii vrbis rome presbiterū: plurima de nouati ipietate
cōmemorans. In quinto vero libro ad sextum vrbis rome ep̄m
scribens et aduersus supradictā heresim qudā differens: etiā
tale aliquid accidisse cōmemorat h̄is verbis. ¶ Dere autem
frater cōsiliū inquit peto et requiro sententiā quid tibi videat
in ea causa que in ecclesia nostra exorta est: vereor enim ne
forte fallaz in aliquo. Erat apud nos frater fidelis antiquitus
anteqꝝ etiā ego episcopus ordinarer: p̄mino et anteqꝝ decessor
meus eracl̄as. Is cum interesset h̄is qui baptisantur et audiret
vel quid interrogentur vel quid respondeant flens accessit ad
me et procidens ad pedes meos confiteri cepit se baptisma ab
hereticis aliter suscepisse quod tamen secundū ea que nunc

videret a nobis ministrari nec baptisma duceret. eo q̄ esset re-
pleta blasphemij omnis illa confessio: simul et hoc adxbat se
in tantum pro hoc errore stimulari: vt nec oculos quidem ad
deum auderet dirigere. Propter quod exorabat mundari se et
purificari ecclesiastico baptismate: vt et gratia consequi posset
spiritus sancti. Quod ego facere ausus non fui: sed dixi ei posse
sufficere tam multi temporis communionem quam in ecclesia co-
secutus est. pro eo q̄ a nobis eucaristie suscipiens donum res-
pondere. Amen. Ex quo et per singula potuisset ipsa sacramē-
torum virtute purgari. Cohortabar igitur eū debere confidere
fidei sue et conscientie iam purgate: et ante omnia q̄ tam diu
diuini sacramenti nobiscū iam particeps fuerit. Sed ille neq;
a lucu cessat et laerimis. neq; ultra ad mensam dominicam au-
det accedere: ita vt vix a nobis cohortatus et compulsus orati
audiat interesse. Hec et alia multa de huiusmodi questionibus
per diuersos libros suos dyonisius scribit.

**¶ De successione romani principis vel quid
de eodem disputat.**

¶ Capitulum. v.

Quillus vero non integris duobus annis imperio detēto
rebus humanis exemptus est. Post quem valerianus cū
filio galieno suscepit principatum. De quo dyonisius scribens
iterum ad hermanionem hoc modo refert. Sed et iohanni si
militer releuatum est vt diceret. Et datum est inquit ei os lo-
quēs magna et blasphemias: et data est ei potestas p menses
quadraginta duos. Utraq; autem complentur in valeriano.
Vere enim mirandum est quomodo supra ceteros qui ante se
fuerunt hic et humanus et benignus extitit erga famulos dei
ita vt in inicijs multo etiam illis benignior videretur qui no-
mine saltē cristiani dicebantur. In tantum venerabatur seruos

dei: ut omnis domus eius esset ecclesia dei. Deprauatus est autem et a veritate deiectus per quedam doctorem pessimum magistrum et principem egyptiorum magorum: ut iustos et sanctos viros perse qui et interim iuberet. tanquamque aduersarentur magicis artibus quibus se ipse subdiderat. Erat enim reuera et sunt etiam nunc qui possent virtute meritorum suorum restringere fallacias demonum. Nam ille ut impuros ritus et execranda misteria ac sacra incesta conficeret pueros imberbes iugulari iubebat et orbari liberis patres: atque in teneris visceribus humanas mari per piaculum fibras: et vocem illuc querebat ubi fugauerat vitam. Sed et multa alia huiuscmodi de valeriani piaculis memorans addit etiam hoc: quod ipse a barbaris captis et luctibus orbiatus filios sceleris et impietatis sue reliquit successores.

¶ Quanta in persecuzione valeriani ipse dyonisius pertulerit vel quid memoraret de quibusdam confessoribus eiusdem temporis. ¶ Capitulum .vi.

Ipse vero dyonisius quanta in eius persecuzione pertulerit et quibus affectus sit cruciatibus propter nomen dei scribes ad quendam germanum episcopum qui quasi obtrectator eius esse videbatur refert: ut et acta confessionis sue inseruit apud emilianum presidem gesta. In quibus cum dyonisius unum solum deum qui celum fecisset et terram diceret adorandum. ceteros autem neque esse deos neque adorari debere: in castrum quoddam deserti quod cefro appellatur in exilium truditur: ob hoc precipue erectum quod loci incole gentiles erant. et ydolorum superstitionibus satis de dicti. Quique exulem dyonisium primo hostili animo et satis aduersamente suscipiunt. Postmodum vero cum paulatim per dominum gratiam verbum dei his seminare cepisset: pars magna trucis et barbari populi relicta ydolis conuersa est ad deum verum. christumque subiecta

Quo comperto rursus eum ad alium locum vicinum quidem alexandrie: sed incolis desertum ac pene habitatoribus vacuum trastulerunt. **S**ed et ibi cum pro virbis vicinitate nostrorum eum populi frequetarent. et tanquam odore pastoris recepto gressu letior et constantior agonibus redderetur: rursum missis cum centurione militaribus viris ipsum dyonisium et cum eo gayu et petrum catenis cōstricatos et diuersis cruciatibus affligatos in desertum libie pertraxerunt: ibique eos in loco squalidissimo et omni usu humanitatis carente a pare como trium dierum itinere in desertum portento nexos vinculis reliquerunt. **H**ec in diuersis suis epistolis supradictus vir scripta dereliquit.

T• In quibus memorat etiam maximum presbitirum et dyoscorum demetriumque et lucium: necnon et faustinum atque aquilam satis claros et insignes titulo confessionis effectos. **S**ed et ex dyaconis quosdam in insula post penas confessionis esse defunditos: superfuisse vero ex hys faustum et eusebium: quibus etiam refert tam fiducie et magnanimitatis per dei gratiam datum: ut cum ad eos qui in carcere tenebantur fratres nemo prouersus humanitatis et misericordiae causa permitteretur accedere ipsi tamen inde sinenter et reuiserent et necessaria ministraret. **E**t cum per dies singulos pluidis furor cresceret. iugulando alios. alios supplicijs et diuersis cruciatuum generibus affligendo. squalore etiam carceris. catenarum ponderibus necando. et super omnia precipiendo ne quis ad eos prouersus accederet ut et media quasi aliud tormenti genus adhiberetur: concessit tamen deus supradictis dyaconis gratiam. confessoribus suis prouidens: ut inuitis omnibus istis tamen non negaretur ingressus. **S**ciendum tamen est quod hic eusebius quem dyaconum supradictum: postmodum episcopus apud laodiciam syrie ordinatus est. **M**aximus vero quem presbiterum memoriaimus ipsi dyoniso apud alexandriam successit in episcopatum. **F**austus autem qui

cum ipsis tunc confessor erituit: usq; ad persecutionem que
nostri temporibus facta est grandeus et plenus dierū pdurās
perfecto martyrio obtrūcatione capitū consummatus est. **Hec**
a dyonisio certissima fide memorantur.

De quibusdam martyribus qui sub psecutione
valeriani passi sunt. **C**apitulum. viij.

Vitetur in valeriani psecutionibus apud cesareā palestine
multa a diuersis martyrib; cōsumata sunt. In quib; tres
admirandi adolescentes quorum unus priscus. aliis marcus.
tercius alexander vocabat: cum suburbanū agellū supradicte
vibis habitarent. diuino fidei calore succensi ceperunt semet
ipsose legnicie atq; ignauie accusare: qd cum celestes in vrbe
martyrij proponerent corone ipsi non desiderarent. nō raperēt
Cumq; dominus saluator regnū celoz violenter diripi debere
testatus sit. ipsi inglorios et desides aīos humi gererent. **H**ūs
igitur semetipso alloquhs incitantes urbem petūt: et adorto
iudice truculeto. cur in tantū sanguinē pioz de seviret incusant
Ille continuo nobiles animos iuuenum: qd dignis remunerat
affaribus. **M**euorandi inquit bestiis subrigantur: quibus non
placet pioz sanguinem fundi. **S**ed et mulier quedam supra
dictorum iuuenu secuta fertur audacie et magnanimitatis ex
emplum: similemq; sortitur exitum pene. **Q**uam tamen de mar
cionis scola fuisse loquebantur.

De marino martyre. **C**apitulum. viij.

Marinū qd virum militarem iherosolimorū ciuem honore
et diuicis clarū cum in supradicta vrbe inter collegas
uos p ordinē gradus sui honorz quidem contingere militaris

ut fieri solet in sequentem collegam suum subit inuidia: et ex
clamat non posse marinum adipisci superiorem gradum eo qz
esset cristianus. Interrogatur a iudice marinus: si ita se res ha-
beret. Ille ita esse et vere se esse cristianum clarissima voce tes-
tatus est. Tres enim deliberandi hore decernuntur a iudice: ut
eligit utrum velit imolare his et vivere: an cristianus inte-
rimi. Cūqz a tribunibus fuisse egressus theotignus episcopz
loci apprehensa manu eius producit eum ad ecclasiā: ibiqz mul-
tis verbis in fide confirmans. ad ultimum in interiora pducit
altaris. gladiumqz suum quo precinctus erat ostendens ei. et
rursum offerens euangeliū quid de duobus mallet interrogat.
Marinus vero promptissima fide cum manum tetendisset ad
euangelium: optimè inquit theotignus quod elegisti fili: et
contēpnens presentem vitam eternam sperato: confidensqz pge
et suscipe coronam quam tibi dominus preparauit. Regressus
continuo ad tribunal: vocatur preco. Aderat enim tempus sta-
tutum. Ille vero nec moras patitur nec expectat interrogantē
sed continuo sibi et deliberatum asserit. et ex paternis legibus
confirmatum: qz deo obtemperare oporteat magis qz hominibz
Quem iudex illico capite puniendo pro tali rñsione punciatur.

De astirio martyre et de quodam miraculo eius. Ca. ix.

Sed inter eos cunctis clarioz et meritis fidei supra cete-
ros insignis memoratur astirius vir romane urbis sena-
tor: patricius nobilitate. facultatibus propinquitate etiam re-
gia. et omnium honorum fama satis clar. Qui cum supradicti
martyris extremis interesset exequijs et capite cesum cadauer
subiedis humeris suis et substrata ueste qua induebatur exci-
peret: honorem quem martyridetur. continuo ipse martyr as-
sequitur. Sed et multis alīs eum preclaris gestis in fide christi

enituisse tradiderūt nobis hīj: qui in corpore eū adhuc positiū
viderunt. In quibus etiam tale aliquid per eum gestu momo-
rabāt. Apud cesaream philippi quā paneadem senices vocat
aiunt sub radice montis qui appellatur panius ex quo fluuī
iordanis prima fluentia prosiliunt. mōrē fuisse gentilis erroris
certa at sollempni die īmolare vičima arte quadam demonis
subito nūsc̄ cōparebat. Et erat hoc famosissimi miraculi gen-
quo psuaderi astantibus videretur in celū hostiam īuisibiliter
esse sublatā. Accidit igitur dum hec gererentur: adesse astiriū
Qui cū videret oēs miraculi huius stupore constringi. hūanos
miseratus errores cū gemitu et suspirio oculos ad celū pariter
tendit et palmas: cristumq; qui est super omnia deus tota fide
pfusus lacrimis īnuocat: vt p̄stigicis fallacis demonis arguat
miserisq; mortalibus erroris huius soluat archanum. Nec illo
cum fletibus supplicante: subito vičima que īuisibiliter cre-
debatur assumpta superferri aquis videtur: et conspectib⁹ oīm
reditur: nec vltra in illis locis error huiusmodi potuit reparari
Ita vnius cristiani prece tantoꝝ seculorū deceptionis machina
cum autoribus suis de monib⁹ dissoluta est.

Miraculū de statua saluatoris apud paneadē ciuitatē. Ca. 5.

Verum quia verbis huius fecimus mentionem iustum
videtur cōmemorare etiam illud in ea quod hystorie
dignum duximus. Mulierem quā sanguinis pro fluvio labo-
rantem a saluatore curatam euangelia tradiderunt: huius vr-
bis ciuem constat fuisse: domusq; eius in ea etiam nunc
ostenditur. Pro foribus vero domus ipsis basis quedam in
loco edificioe collocata monstratur: in qua mulieris ipsius
velut genibus saluatoris prouolute: palmasq; suppliciter
tendentis ymago ere videtur expressa. Astat vero alia ere

nichilominus fusa statua. habitu viri stola compta circumdati:
et dexteram mulieri porrigitis. Huius ad pedem statue e basi
herba quedam noua specie nascitur. Que cum exorta fuerit:
ex crescere usq; ad stole illius erei indumenti fimbriam solet.
Quam cū summo vertice crescens herba contigerit: vires inde
ad depellendos omnes morbos languoresq; conquirit: vt que
cumq; illa fuerit infirmitas corporis hausto exiguo madefaci
salutaris graminis depellatur: nichil omnino virium gerens;
si anteq; eree fimbrie summitatē crescendo contigerit decer
patur. Hanc statuam ad similitudinem vultus ihesu formatam
tradebant. Que permanxit ad nostra usq; tempora: sicut ipsi
oculis nostris pspeximus. Et nichil mir si hñ qui ex gentib;
crediderant pro beneficijs que a saluatore fuerant consecuti.
hujusmodi velud munus videbantur offerre: cum videamus
etiam nunc et apostolorum petri et pauli et ipsius saluatoris
ymagines designari tabulisq; depingi: Sed et antiquas ipsoz
ymagines: quibusdam conseruatas nos vidimus. Quod michi
videtur ex gentili consuetudine indifferenter obseruatum: q;
ita soleant honorare quos honore dignos duxerint. Insignia
etenim veterum reseruari ad posterorum memoriam: iliorum
honoris. horum vero amoris iudicium est.

¶ De iacobi cathedra. Capitulum. xi.

DEniq; et iacobi cathedra qui primus in terris episcop⁹
ab ipso saluatore et ab apostolis i iherosolimis ē elect⁹
quemq; fratrem cristi volumina diuina designant usq; in ho
diernum ubi conseruatur: atq; in ea sedent omnes qui usq; ad
presens sedis illius sacerdotium sortiuntur. Seruatur ergo cū
ingenti studio velut a maioribus tradita memoria sanctitatis
et cum magna veneratione habetur vel vetustatis vel primi

sacerdotij sanctificationis obtentu. Sed et de his ista sufficiat

¶ De successione romani principis. ¶ Capitulū. xiiij.

Gallienus vero valeriani filius postea q̄ rerum summam solus obtinuit: leuius ac moderati erga nos tro agere iſtituit: datisq; decretis inhiberi supplicia pſecutionesq; cessare et quoquisq; putat more exorare. q̄ diuinū est ſinit.

¶ De successione pontificū eiusdem temporis. ¶ Ca. xiiij.

Per idem tempus cum romano adhuc sacerdotio sextus p̄f̄ſſet et apud antiochiā demetrianus firmilianusq; adhuc cesaree capadocie ſupererſſet: ponti eccleſias gregorius qui prius theodorus dicitur eſt ex origenis diſcipulis cū fatre athenodoro ſuſcepit gubernandas. Apud cesaream vero paleſtine post theotistū dōpnus episcopatū ſortitus eſt. et breui defunctus theotigno iam noſtre memorie viro ſedem tradidit: qui et ipſe origenis auditor fuiffe dicebatur. In iherosolimis vero post mazabbanem ſacerdotium ſuſcepit ymeneus. Et h̄j omnes in pace eccleſias gubernabant.

¶ De malis morib⁹ alexandrinorum ciuium quid dyonisius deploret et de pestilentia vel moribus qui acciderunt. ¶ Capitulum .xiiij.

Sed apud alexandriā etiam ſi nulla extreſcus mali cā ſit: eo ipſe q̄ genus hominum ferox atq; ſedicioſum et ſemp inquietū eſt ciuiles inter ſe motus et bella non virtutis merito. neq; ob deſenſionē. ſed ob necē atq; interitū ciuiū cōmo uebat. De quib⁹ dyonisi i epiftolis ſuis cōmemorās refert ita

a proprijs ciuibus vastatam deletamq; urbem: ut illa que con-
fusione populoꝝ vix soleret digredientibꝫ incedendi spatiū
dare: nunc eovsq; puenerit et conspicere in plateis hominem
valde rax sit: madere omnes ciuium sanguine. vias eadaueribꝫ
obtegi. et ne ad sepeliendum quidem sufficere qui supsunt. **D**ñ
et post belli rabiem ferricꝫ vastationē corrupti aeris ex fetore
eadaeꝝ pestilentia icreuerit: ita vt siquid ferro superfuerat id
morbis absumeret. **S**cribit aut̄ de h̄is idem dyonisius in eplā
paschali que sollempniter per annos singulos scribi solet h̄is
verbis. **A**ll̄is fortassis hominibꝫ non videbat tempus hoc. tps
esse festiuitatis: qm̄ quidem lucus vbiq; et acerba lamentatio
in plateis cuncta circuistrepit. **G**emitus vero inest et mugitus
in domibus: ppter multitudinem morientium. **S**icut enim de
primogenitis quondam egypcioꝫ refertur: ita etiam nunc in
gens vbiq; clamor attolitur. **N**on enī est domus sicut scriptū
est: in qua non sit in ea mortuus. **P**rimo namq; ipsi manibus
suis ptem maximam et meliorem populi occiderunt psequendo
sanctos: partem alterā bella intestina rapuerunt: partem vero
que superfuerat pestilens nunc egritudo consumit. **S**ed nos
nec in psecutionibus cum iugularemur a festiuitate cessauimus
nec vngp nobis potuit sollempnitas impediri quibus p̄cipit
i tribulatiōe gaudere. **O**mnis igit̄ nobis locus quicuq; a tyra-
nis elgebatur ad penā: siue ager ille seu desertū fuit siue isule
siue carcer sollempnitatē nobis impedire nō potuit. **L**etissimā
vero super omnes habuere sollempnitatem beati martyres: qui
cum sanctis angelis in celo pascha curarunt. **P**ost hec persecu-
tores nostri in semetipſos manus ac tela verterunt: sed nec sic
quidem nostroy ſesta turbata sunt. **I**nsecutus est hinc pestilens
morbis et plaga terribilis: sed illis multo terribilioꝫ et graui-
or quos nec ſpes erigit futuroꝫ. **N**obis vero het ſonia exercitia
quedam virtutis et fidei probamēta ducunt. **Q**uamuis enim

densior seviorqz paganos magisqz nostros morbus inuaserit: tñ
ne a nostris quidem penitus abscessum est. Et post pauca addit
dicens. **M**ulti namqz ex fratribus nostris pro nimia cari
tate dum absqz cunctatione infirmos visitare non desinunt: et
non solum visitare sed et ministrare et exhibere officia, que do
minus precepit: serpente morbi contagione cum illis piter qui
bus ministrare voluerant interibant: affectu quodam dilectio
nis attraci et velut participare dolores cum dolentibus cupi
entes alienas in se mortes hanc segniter traxerebat: et effecti
sunt eorum ut dicit sermo apostoli ipsima. Deniqz plurimi nos
trorum precipui et electi viri inter quos presbiteri nonnulli et
diaconi multiqz alij de plebe constantissima et ardentissima fide
tamqz si martyrij tēpus instaret: miserando: infirmos semetipsoz
huiuscmodi mortibus inserebant misericordia ex hoc marty
rium capere presumentes. Et dum curandis egris defunctis ex
portandis humādisqz corporibus operam dabant. insequeban
tur pene eos quos suis humeris ad sepulchra deuexerant. Da
gani vero econtrario suos continuo ut egrotare ceperant desere
bant: pntes caros liberos. uxorem coniunx. filijqz nichilomin
parentes statim ut tremere mēbra vidissent. et morbo ora pal
lere. domo propulsos in platea semineces eiebant: ibiqz inse
pulta eorum cadauera relinquentes: vim morbi quam per hec
effugere opinabantur dupliciter incurrebant: dum ad rabiem
pestilentie fetor etiam insepulcorum cadauez iungeretur.

Qd sub galieni regno pax ecclesiis fuerit. Ca. xv.

Refert idem dyonisius de galieni temporibus quod eo
regnante ecclesie dei in pace durarunt: et qz medijs
eius temporibus macemus velut nubes quedam tenebrosa,
et atra subito regni eius obscurauerat lucem. Quo rursus ad

Vicem estiue nubis abolito: galien⁹ nouū vt ipse ait ex veteri
vniuerso mundo lumē effulgit. Simul vero atrocē tyrannum
et regno deturbauit et vita. Designat autem etiā tempus: q̄
nono anno regni galieni hec exscriberet.

De opusculis dyonisii et de scismate nepotis vel
quid dyonisius contra disputat. **Capitulū. xvi.**

Etant et alia q̄ plurima necessaria satis et admiranda
dyonisii opuscula: que utilitatis plurimū legentib⁹ con-
ferant. Inter q̄ scribit etiā de r̄ promissionib⁹ futuris existente
causa huiusmodi. **E**piscop⁹ quidā erat in ptibus egypti: ne
pos nomine. Hic iudaico intellectu de futuris repromissionib⁹
sentiebat. easq; corporaliter exhibē das docebat: et mille ānis
in delichjs corporalibus in hac terra sanctos regnacuros esse cum
cristo: huiusq; sui dogmatis pbamenta sumptis ex reuelatione
iobannis testimonijs conabat asserere. De quibus etiā libellos
edidit interpretationē huiusmodi cōtinentem. Igit̄ dyonisius
de repromissionib⁹ scribens ad hunc nepotem stilū sue intenti-
onis obuertit: et in primo statim libro suā sententiam que ei
de diuinis repromissionib⁹ videbat exponit. In secundo vero vo-
lumine de reuelatione iobannis differens: facit mensionem ne-
potis h̄js verbis. Ex cōmentario inquit quodam pferunt ne-
potis quibus initū plurimum per quos putant in effabili
quodam sacramento ondī: qualiter regnū cristi futurū sit super
terram. Sed in alijs quidem multis etiā ego āplector et diligo
nepotē vel p fide sua vel p eruditione et studio scripturarum
et prcipue p exercitio psallendi: quoniā quidem plurimi frat̄z
libenter pro hoc eius elegere consortia. Est ergo etiam michi
multa erga eū reuerētia: et inde magis quia pcessit ad dominū
Sed reuera plus onibus et amanda et pferenda est veritas.

Laudare oportet et absq; inuidia amplecti. si quid rectum dic
sum est: discuti vero et discerni si quid minus sane scriptū est.
Et si quidem presens eis; is de quo sermo est. sufficeret solo ser
mone discutere que minus recte dicta videbantur: dū interro
gatione precedente r̄nō subsequens in cōcordiam quod cōtra
rium et discrepans videbatur adduceret. **V**bi vero scripta edi
ta sunt. et vt videat quibusdam suasoria satis et vbi doctores
precedūt qui legē et prophetas pro nichilo ducant euangelia
non sequantur. apostolorum scripta despiciant: hos autē solos
libros atq; istam doctrinam velut magnum aliquod et ocul
tum misterium venerentur ac simplices quosq; fratrum nostrorum
doceant. nichil excelsum nichil magnificum sentire de ad
uentu et presentia dei et saluatoris nostri ihesu cristi. neq; de
resurrectionis gloria et nostre congregationis i ipsum ac sumi
litudinis repromisse sed parua quedam et semper mortalia. et
non alia q̄ sunt ea que nunc videmus sperari suadent in regno
dei: necessarium videtur ad hec omnia respondere fratri nostro
nepoti. **E**t post pauca rursus subiungit hec. **T**eretim cum
marsenoite essemus vbi multo iam tempore voluebatur ista
doctrina. ita vt scismata inter fratres et discordie fierent: con
uocauit presbiteros et doctores qui erāt in ecclesiis et publice
cepi h̄ē tractatum. simul et cohortatus sum fratres: vt si quid
eos moueret obicerent nichil verētes. **T**um michi illi vt scutū
validissimum et murum inexpugnabilem codicem nepotis ob
iciūt. **S**uscepī patiēter et trib⁹ cōtinuis dieb⁹ residens a p̄ia
luce usq; ad vesperā cū ipsis cepi singula ei⁹ scripta discutē: et
vnūqđq; qđ in se absurdī h̄ēt ondere. **E**t vere satis admiratus
sum patiam et cōstantiā atq; intelligentiā fr̄m. qđ cōsequenter
et p ordinē de singulis quonib⁹ pponebāt: validissime h̄js q a
nobis r̄ndebarūt occurrentes. **P**ost hec cū quid esset in vero pa
tuisset. accōmodabant nichilo inus absq; contentionē cōsensum

iudicantes hoc q̄ non cōtinuo si quid semel anno visum fuerit
omni id studio et cōtentioē sequendō est: sed esse rectiō tunc mu-
tare sententiā. cū eam melior et rectior supauerit. Datefacis
enim cordib⁹ suis deo. audiebant verbum. cui⁹ p̄batio non ex
humana p̄suasione. neq; ex eloquentie suo: s; ex diuinaz scrip-
turaz assertione veniebant. Et ita euīdens fuit assertionis n̄rē
p̄batio : vt h̄js qui inter eos maxim⁹ doctoz et vīte meritis
prestantior habebat coracion nomie: surgens in medio cūcīis
audientib⁹ proclamaret et p̄testaret neminē debere vltra ei⁹
doctrine facere mentionē. sufficere q̄ erratum est de cetero nō
solum nichil hor⁹ tenend⁹ vel sequend⁹ sed nec cōmemorandum
quidem de talibus. siquidem tā euīdens et tā manifesta contra
hec de diuinis scripturis patuissz assertio. Omnes vero reliqui
fratres gaudio et leticia repleti corda pro emendatiōe sui inex-
plebiles domino gratias referebant.

¶ Quid dyonisius senserit de apocalipſi iohānis. Ca. xvij.

Post aliq̄ta vero veniens ad apocalipſim iohānis: hec
de ea scribit. Non nulli ex p̄decessorib⁹ nostris libellum
hunc penitus refutand⁹ a canone scripturaz atq; abiciend⁹ puta-
runt: singula queq; eius caplā arguentes: et dixerunt p̄titulati-
onē libri non esse verā: sed alienē scripture iohannis tantū no-
men impositū. Vnde neq; iohannis hunc eē libz. nec revelati-
onē videri posse: que crasso quodā velamine ignorantie conte-
gat. Addiderunt etiā hoc: q̄ nichil in ea dignū gravitate apos-
tolica censeat. Sed ne alicui⁹ quidem ecclesiasticoz saltē viroz
scripturā eē dixerunt: sed cherintū quēdam autorē cherintiane
hereseos volentē dogmatis sui fidem aplīi nomis opinione fir-
mare: libello a se conscripto iohānis titulū prenotasse. Deniq;
inquit cherinti dogma hoc continet: in terris futuz eē regnū

christi. **E**t quoniā ipse cārnis et libidinis amicissimus dicebat
ea in pmissionibus futuri regni sanctis p̄benda censebat que
sui ai libido dictabat: vētris et voluptatis opa māsura. ciboz
sacietatē et hñdantiam poculoz. nuptias et cetera que horum
consequentiā seruant: et raparari rursum sperat. festiuitates et
sacrificia iudaica viciās p̄ legales. **E**go vero q̄tū ad meā s̄nīaz
ptinz spernere aut abicere scripturā libri hui⁹ nullaten⁹ audeo
maxie cū multi ex fr̄ibus ita mecū sentiant. **S**ed hoc magis
de eo iudico q̄ excedant atq̄ eīeant q̄ i ea scripta sunt hūane
auditōis mod⁹: et sit in eo archan⁹ quidā et recondit⁹ atq̄ ad
mirandus omnibus sensus quē et ego admiror et veneror etiā
si non intelligo. **E**t ita sentio q̄ diuina aliqua sacramenta ser
monibus cōtegantur humanis: non tam iudicio meo discernēs
q̄ fide credens. **E**t ideo non reprobo quod non intelligo: sed
tantomagis admiror quātominus assequor. **P**ost hec vero
totius libelli differens corpus et singula queq; discutiens: atq;
evidenter ostendens nullomodo fieri posse vt scđm litterā dig
nus in eo intellectus appareat: addit etiam hec dicens. **C**onsum
mata igitur omni prophetia. beatos dicit prophetā eos qui
hec custodiūt. **S**ed et semetipm btm dicit. **A**it ei. **H**eatus qui
seruat verbū pp̄hetie libri h̄: et ego iohannes qui video et au
dio hec. **D**ocari ergo eū iohannē: et eē hanc scripturā iohānis
nō nego. **S**andi nāqz alicui⁹ est. et sinevlla dubitatione p̄ dei
sp̄m scripta: etiā si non sit ille aplūs iohānes filius zebedei fr̄
iacobī cui⁹ euangeliū scđm iohāne scriptum ē et ep̄la canoīca.
Utit̄ g° dyonisii pl̄ma assertione diuinitus quidem inspiratā
reuelationē nō esse dubitan̄t iohannis eē: nō tñ sibi liquido
videri q̄ illius sit iohānis qui euāgeliū scripsit: quia ille nū p̄
noīs sui fecerit mētiouē ac se eē signauerit noīatī: hic aut̄ qui
apocalip̄sim scribit: tertio ferme mentionē noīs sui facit. **S**z et
ex ipso scripture silo discretionē faciens. dicit potuisse fieri in

illis tibis fuisse et aliquem aliū iohannē vnum ex sanctis:
cui hoc reuelauerit domin⁹. Multa vero et alia instructionis
ecclesiastice monumenta nobis in libris digesta beatus dyoni
sus dereliquit: quoꝝ lectio magnope ab studiosis quibusq; expe
tenda sit. Sed iā ad bystorie ordinē redeam⁹.

De successione romani p̄tificis et antiocheni episcopi et de
heresi pauli samosateni. et de episcopoz cōsilio ob hanc causam
apud antiochiam cōgregato

Capitulum. xvij.

Sixto romane ecclesie p̄ annos undecim sacerdotio procu
rato succedit dyonisi⁹: et de metriano apud antiochiam
defūcto: paul⁹ de samosate sacerdotiū suscepit. Qui paul⁹ abiecta
latis et indigna de cristo sentiēs. traditionē doctrine ecclesiastice
corrūpebat: dicens eū cōis nature hominē tm̄ fuisse. Tunc
dyonisi⁹ de alexādria rogatus venire ad cōsilium. et senectutis
impedimento et incomoditate corporis inhibetur: per eplām
tamen pñtem se reddit et quid fidei ac veneratiōis erga cristū
teneret exposuit. Ceteri vero ecclesiaꝝ pastores diuersis e lo
cis et vrbibus velut aduersus latronē quēdam cristi gregib⁹
insidiantē cōueniunt āthiochiā: in quibus insignes et ceteris
precellentes erant firmilianus a cesarea capadocie gregorii⁹ et
athenodori⁹ fratres ponti ꝑuintie sacerdotes. heleni⁹ sardensis
ecclesie episcop⁹: et nicomas ab yconio. iherosolimoz p̄cipuus
sacerdos ymeneus. et vicine vrbis huius cesaree theotignus:
sed et maxim⁹ hostiensis episeopus dignus eoꝝ consortio co
herebat. Multi vero et alij quos longum est enumerare p̄ sin
gulos. Sed et presbiteri ꝑplurimi et dyacones ad supradictam
vrbē causa cōpescendi ymmo delendi noui hui⁹ dogmatis con
uenierunt. Hj⁹ igit̄ omnes sep̄ in vnū coeuntes paulūq; samo
latenum statuentes in mediū atq; eius heresim quā ille nunc

occultare. nunc etiam dissimulare conabatur frequenti tractatu
et assiduis disputationibus denudantes arguere blasphemiam
et publicare nitebantur. nec tamen uno id aut secundo tantu
consilio ad finem perducere potuerunt. Sed contentum sepe e:
et absq; opere precio discessum.

De miraculis et opusculis beati gregorij ponti ep[iscopi]. Ca. xix;

Verum qm̄ beati gregorij historie text⁹ attulit mentionē
dignissimum puto tanti viri gesta que sub orientali et
septentrionis axe cunctorum sermone celebrat⁹. omissa nescio
quo casu huic narrationi ad memoriam postiritatis inserere.
Habangnum qdādam erat in ponti regionibus piscibus copi
osum: ex quo ⁊ captura p̄diuites redditus dominis prestabant
Ista possessio duobus fratribus sorte hereditatis obuenerat: s̄z
pecunie cupiditas que pene om̄ corda mortalia sugat. eti
am fraternalm necessitudinē violauit. Coibatur a fratrib⁹ tpe
captionis non tam ad capiendos pisces q̄ ad homines decipi
piendos cedes ac bella mouebantur: humān⁹ sanguis p̄ piscib⁹
fundebat. Sed dei prouidentia: affuit alqīn auxilium aduent⁹
gregorij. Didit prelia et mortes viroru. furentesq; germanos.
quid cause existeret pro qua in exitium sui suorūq; fratres ac
centerent inquirit: nullam nisi capture piscium cōperit. Tunc
ille cum pro honore aduentus sui vtreq; ptes paululū filuisset
nolite inquit o filioli rationabiles animas p̄ mutis aīantibus
violare fraternalm pacē questus cupiditate dissoluere. dei leges
et nature pariter iura violare quin potius et vna mecum ad
oram stagni excialis accedite: ego vos iam per virtutem do
mini omni certamine contentionis absoluam. Et cum hec dix
isset in conspectu om̄ virgin quā tenebat manu ad primas
littoris syndas desigit: et ipse positis genibus palmas tetendit

ad celū: atqz hīs verbis excuso supplicat deo. **Tu domine deus**
patr̄ nostrorū qui cū tibi primus homo adā peccasset et man
datum tuū p̄terisset. penā culpe eius moderatus ad tertā male
dictionis sententiā detoristi dicens. maledicta terra in opibus
tuis: et nunc ergo miseratus horū iuuēnū fraternum sanguinē
qui pacilitat̄. precipe vt maledicē sint aque iste in operibus
istorū. pro quibus furore succensifaterne pietatis obliti sunt
ita vt nūq̄ in hoc loco pisces appareant vel aqua resideat: sed
sit camp⁹ aratris patens ac frugū ferax: et custos in eternū fra
terne concordie p̄seueraz. **S**imul vt ille finem orandi fecit statū
se vnda subducens et cursu velociore refugiens a cōspectu sup
no iussa discedere abyssis suis reddit̄: et arante cāpū germanis
iā concordibus dereliquit. **H**ed et in hodiernum frugum ferax
esse dicit̄ solum: qđ ante fuerat nauīū ferax. **M**emorat̄ etiā
aliud illustri et diuinius ab eo gestum. **I**n quodam loco ruris
angusti cum res posceret ecclesiā cōstrui rupis quedam vicini
montis ex pte orientis obiecta: ex alia vero p̄terfluens fluui⁹
spatiū cōptum ecclesie sufficeret denegabat. **E**t cum alias omnino
non esset loc⁹ omnesq; mesticiā gererent qđ solum ad cōstruen
dam ecclesiam non haberet̄: ille fide plen⁹ proclasse in oratiōe
dicit̄: et dñm ihesum p̄missionis sue admonuisse fideliter qua
dixit. **S**i haberetis fidem sicut granū synapis: diceretis huic
monti tollere et mitte te in mare et fieret vtigz. **C**ūq; hec ple
na fide ac deuotione deposceret: ad lucē coeuntibus populis in
uenta est rupis īportuna t̄m secessisse cōptum spatij ad condēndā
ecclesiam querebat̄. **T**radun̄ eius et alia cōplurima sed ne in
longū videamur protrahere sermonē: intermissis ceteris vnū
adhuc de eo gestis adiciā. **I**ter ei fuisse quondam p̄ alpes
dicitur hyemis tpe. **E**t cū puenisset ad summum alpium iugū
niuibus repleta erant ūnia. nullū vsq̄ diuersorū. sanū ibi t̄m
appollinis erat: cui succedens trāsacta nocte discessit. **S**acerdos

erat quidam fani illius. cui consulere simulachrum appollinis
mos erat et reddere responsa poscentibꝫ: ex quo etiam eius ali
monie q̄slus esse videbatur. **I**git̄ post discessum gregorij offerre
consulta et responsa poscere sacerdos accessit ex more: nichil in
responsi veniebat. Repetit victimas: silentiu permanet. **I**terū
atq; iterum litat surdis ingerit fabulam. **C**umq; stupore noui
silentij estuaret sacerdos: noctu ei assistens demonium dicit in
sompnis. **Q**uid me illic inuocas quo iam venire non possum.
Percundanti causam: aduentu se gregorij dicebat expulsum.
Quid nunc remedij daretur cum pquireret ait. non aliter sibi
licere ingredi locum illum: nisi gregorij pmississet. **Q**uibus audi
tis sacerdos occupat viam multa apud semetipsum voluens
atq; anno recusante ptractans puenit ad gregorium: adorsusq;
eum rem pandit ex ordine: humaitatis sue atq; hospitalitatis
admonuit querelam de pulsi numinis ponit: ademptam faculta
tem sui questus deplorat: ac redi sibi omnia in pristinum statu
depositit. **A**t ille nichil moratus: scribit epistolam in hec verba
Gregorius appollini. **P**ermitto tibi redire ad locum tuum: et
agere que cōsuesti. **H**anc epistolā sacerdos accepit: et ad fanū
defert. **P**ositaq; iuxta simulachrum: affuit demon ac dedit res
ponsa poscenti. **T**unc ille in semetipsum cōuersus ait. **S**i gre
gorius iussit et deus iste discessit. nec potuit redire nisi iussus.
et rursus iubente gregorio est resiutus. quō non multo meli
or isto gregorij cui hic obtēpat iussis. **C**lausis igit̄ ianuis fani
descendit ad gregorij eplām secū quā accepat referens: oēmq;
apud eū rei ordinē pandens: simulq; ad pedes eius psterneſ.
rogat vt illi se deo offerat: cuius virtute dñs gregorius impa
bat. **C**ūq; enixius atq; pertinacius p̄sisterz cathecum in ab eo
factus ē. **E**t cū se vite casissime et abstintissime derelictis oībꝫ
nō solū erroribꝫ demonū. sed et seculi adibꝫ mancipasset. etiam
baptisma cōsecut⁹ ē: et in tm vite merito et fidei virtute pfecit

Ut ipse beato gregorius in episcopatu successor extiterit. Sed et ingenij sui idem gregorius in puto maxia monumenta dereliquit. In ecclesiasten namque metafrasim magnificetissime scripsit et catholicice fidei expositionem breuiter editam dereliquit: quā p edificatione ecclesiaz sociare hīs cōmodum duxi. ¶ Gregorii episcopi et martyris neocesaree fides. ¶ Unus deus pater verbi viuentis, sapientie subsistentis et virtutis sue et figure, pfecti pfecti genitor: pater filij unigeniti. Unus deus solus ex solo deo figura et ymagō deitatis. verbū penetrans. sapia cōprehendens omnia: et virtus quia tota creatura fieri potuit: filius verus veri et iūsibilis ex iūsibili. et incorruptibilis ex incorruptibili. et immortalis ex immortali. et sempiternus ex sempiterno. Unus spiritus sanctus ex deo substantiā habēs. et qui p filium apparuit ymagō filij pfecti perfecta viuentibus causa sanctitatis. sanctificationis p̄statrix: per quē deus super omnia et in oībus cognoscitur: et filius p quem omnia. Et trinitas ista perfecta maiestate et sempiternitate. et regno minime diuidit: neqz abalitur. Igitur neqz factum quid aut seruiens ī trinitate neqz sup̄ inductū tamqz ante hec quidem non subsistens: postea vero su pingressum. Neqz itaqz defuit vīmqz filius patri neqz filio spiritus sanctus: sed iconvertibilis et incomutabilis eadē trinitas. Sed de gregorio satis dictum: nunc ad hystorie ordinem redeamus.

¶ De trāsitu beati dyonisii episcopi alexandrini
et de successore eius maximo. Capitulum. xx.

Intra dyonisius apud alexandriā quieuit in pace duō decimo anuo īperij galieni. decem et septē annis functus fæzdotio: succedit vero ei maximus.

¶ De successione romani principis. Capitulum. xxi.

Igitur galienus cum per annos quindecim romanum gubernasset imperium: claudio regni successore defunctus est. Qui duobus solis annis in imperio transactis: aureliano rerum apicem dereliquit.

De ultio epoꝝ cōsilio eiusdem t̄pibus apud antiochiā cōgregato in quo paul⁹ conuincit heretic⁹ et cōdemnat. Ca. xxij.

Huius temporib⁹ ultimū apud antiochiam episcopoz consiliū congregatur: in quo paul⁹ arguitur manifesteqz conuincit hereticus. et dampnatur ab omnibus que sub celo sunt ecclesias cristi: insidente plurimum et disceptationibus validissimis purgente malchione p̄sbitero antiochene ecclie viro fidelissimo et oībus virtutibus adornato. Cui accidebat etiam hoc q̄ erat disertissimus et potens in verbo atqz in oī eruditione pfectus. Deniqz oratorium in eadem ipsa vrbe docuerat. Huic igitur ab omni episcopoz cōsilio permittitur disputatio cum paulo: excipientibus notarijs. Que ita ab eo magnifice et accurate habita est. vt scripta ederetur: et nunc quoqz in admiratiōe sit omnibus. Solus enim potuit dissimulantem et occultantem se paulum confessionibus proprijs publicare.

Quid dyonisio rōno et maxīo alexādriō ep̄is ceteri sacerdotes scribāt de vitā vel morib⁹ vel dāpnatiōe pauli heretici. ca. xxij

Qibus ita gestis: cōmuni cōsilio vniuersi pariter sacerdotes scribunt eplām ad psonā dyonisii ep̄i urbis rome et maximi alexādrini: que p oēs mitteret eccīas. p quā cūdis et suā diligentia cōprobaret: et pauli heresim cōfutatā eē atqz deiectā in vniuersorū noticiā p̄mulgarēt. Siml' etiā q̄ cum eo quones hīte sint indicat: s̄z et vitā ipius intpatā p̄iter moresqz describūt. Ex qb⁹ paū aliq̄ iserē huic op̄i nr̄o dignū iudicam⁹

Tyonisio et maximo et omnib⁹ qui per vniuersum orbem
sunt sacerdotib⁹ et episcopis. vna cū presbiteris et dyaconib⁹
atqz omni ecclesie que sub celo est: helenus et himeneus theo-
philus et theotign⁹ maximus et pculus. nicomas et helianus
paulus et dolasus. protegenes et ierax. euthicius et theodor⁹
malchion et luci⁹ presbiteri et dyaconi. et ceteri önes qui no-
biscū cōgregati sunt. et vicinis vrbibus et gentibus episcopi
et presbiteri et dyaconi dilectissimis fratrib⁹ in domino salutē
Et post pauca addiderunt. **M**ittentes hanc eplāz deprecamur
omnes. vt si qui forte tali doctrina infecti sunt. curen⁹ a nobis:
sicut et beate memorie vir dyonisius alexandrinus et firmili-
anus ex capadocia episcopi iā prius scripserant ad antiochie
plebē de dignati: ymmo potius de dignantes ad psonā ipsi⁹ scri-
bere qui erat autor erroris. **I**pse autem beate memorie firmili-
anus cum adhuc supellet secūdo affuit et pns eū arguit ac no-
tauit: sicut önes nouim⁹ et testamur qui simul cū illo veneram⁹
Sed r̄promittente eo corrigere se errore. credidit speras posse
fieri vt absqz religionis nostre opprobrio et dissentionū nota-
res veniret in melius: et ido dissimulauerat. **C**ū tamen paul⁹
dolo differret. et hominem quidem falleret. deū autē negaret:
ac fidem in qua renatus fuerat violaret. **D**eniqz et nunc beat⁹
firmilian⁹ veniebat antiochiā. **E**t cū tharsum vsgz puenisset
et nos omnes antiochie positi aduentū illius opiremur: nun-
ciatus ē excessisse de mundo. **P**ost aliquāta vero describentes vi-
tam eius moresqz adiciūt etiā hec. **P**ostea vero q̄ doctrine
regula ad aliena se dogmata et adulterina cōvertit: non opus
est enumerare actus ei⁹ priores. quō cū prius egens fuerit et
pauperrimus. et neqz ex pntum successionē. neqz ullam questus
occasionē habuerit honestā: nunc ad sumas diuicias puenit
nō aliunde nisi ex sacralegijs et ex hījs que p fraudem diripuit
cōcutiēs fr̄es vendens patrocinia: et fidem negocij susceptoꝝ

nec accepta marcede custodiens: existimās scđm ꝑ scriptum est
questū esse pietatē. Superbiā vero ei⁹ quis ferre posset cum se
magis docenariū quā epm videri vellet: Nā et incedens per
plateā tali quadā abitione vtebat: publice eplās relegēs atq;
in auditu oīm et oculis dictās assistentibus sibi in platea nota
rīs. Directio qz pūtiū et constipatio inſequentiū ꝑ plurima
querebatur: ita vt omnes qui videbant horrescerent et detesta
rent p illius arrogantiā religionē dīnam. Hec in publico. In
tra ecclesiam vero tribunal sibi multo altius ꝑfuerat extrui
et thronū sibi in excelsiorib⁹ collocari iubet. Secretariū quoq;
sterni et preparari sicut iudicibus seculi solet. Verbum vero fa
tiens ad plebē. iactare supra modū dexteram ac paſmam femorū
illidere: pede quc⁹ subsaltare ac scabellum ferire cum sonitu.
Ab auditoribus vero non fauorem neq; plausum sperare solum
sed theatraſi more oraria sibi moueri expectabat et vocis tāꝝ
decaueis dari. Hec non solum a viris sed etiam a mulieribus
in decenter expectabantur. Si qui vero auditorum honestius
ac verecundi⁹ agēs a clamore nimio traxisset: velut iniuriam fa
tiens paciebat iuriā. Sed et antiquis ac defūctis iam tracta
torib⁹ insultabat et illis derogās suas laudes inuercunde ipuden
terq; iactabat et rethorē se magis quē eccie doctorē laudare cu
piebat. Psalms aut qui in dñm nr̄m ih̄m crīsum dicebantur
cessare fecit: vellit neothericos et nup inuētos in semetipm ve
ro cōpositos dieb⁹ pasche in medio eccie canere mulieres ma
ime quas ipse pri⁹ ad canend p more iſtituerit fatiebat ita vt
horresceret si quis audir̄. Nā cū ipse filiū dei negaret dñdissē
de celo ſz a maria cepisse. et iniciū habuisse de terra: psalmi qui
in ipm dicebantur et quib⁹ in populo laudabat angeli eū dice
bant dñdissē de celis. Et hec ipse assistēs et audiēs nō solū dici
nō phibebat: ſz elato ſupcilio delectabat audire. De mulierib⁹
vero que cū ipo simul manebant. quas synfactas anthiocheni

appellant: quid opus est dici? Ex quaꝝ societate et cōtubernio
ut sibi nulla questio moueret: etiā presbiteris et dyaconis suis
b̄hs dūtaxat qui ei morē gerebant habitandi secum mulieres
similē licentiā dedit. Sed et cōgregandi diuicias tribuit facul-
tatem: quo ip̄i in similib⁹ obnoxij magistro nequaꝝ crimē im-
pingerent. Nos autē idcirco hec scripsim⁹ fr̄es karissimi: quia
nouim⁹ ꝑ sacrosanctū debeat esse episcopale sacerdotiū quod
et clero et plebi esse debet exemplo. Neq; enim ignoram⁹ quos
dam: qui dum incauti⁹ sibi ad cohabitand⁹ iungunt mulierculas
cedidisse. Qd etiā si non fiat: certe i suspicione venire de talib⁹
sacerdoti grauissimū crimen est. Quō autē vetare poterit eos:
qui infirmiores a muliez consortio. quibus ex b̄hs que gerit
auctoritatē prebet. Tantus vero ac tā iinitis fuit in potentatu
et ita specie quadam tyrannidis elatus ē: vt ne ad arguendum
quidem vel accusandum quisq; auderet accedere. Sed hec que
dixim⁹ cōdempnari possent etiā in eo qui fidē catholicā seruat
et in ecclesiastici dogmatis veritate pdurat. Hic vero qui ab
iurato fidei mysterio ad pollutissimā se artē ac heresim cōtulit
necessariū fuit enim etiā patrē erroris ipsius designari quō ha-
bendus vel quō execrandus est. Et post multa in fine epistole
addunt etiam hec. Agit necessariū visum est hunc resistentē
ideo neq; acquiescentē vere fidei abici et abiurari: aliū vero pro
pso ecclesie catholice cōstitui episcopū per dei gratiam p̄uisum
filiū beate memorie demetriani. qui huic p̄i ecclesie inculpabi-
liter: p̄fuit dompnum noīe vix omnib⁹ bonis ornatū. Indica-
uim⁹ aut̄ vobis de eo vt sciatis ad ipsum vos scribere debere:
et ab ipso cōmunionis scripta suscipere. Hic aut̄ qui idignus
habitus est esse in ecclesia catholica anathema scribat: et illi⁹
hereticos sectatores ei cōmunicent.

TQd dōpno i epātu apud athiobīa subrogato paul⁹ sacerdotio
et cōione diect⁹ et de eccl̄ia māu publica sit expulſ⁹. Ca. xxiiij.

Ad Olympo igitur in episcopatu subrogato. paulus et sacerdotio absclusus et cōione cū de domo ecclesie nollet exire interpellatus aurelianuſ imperator religioſe de hoc ſatis ſanc teqꝫ docerint: bñs precipiēs ecclie domum tradi: quibus ytalie ſacerdotes et romanuſ eþs ſcriberent. Et ita predictuſ pauluſ ad cetera mala etiā in hoc de decoris acquiſiuit: vt maū publica de ecclesia pelleret. Tunc quidem talis ergo nos exiſtebat aurelianuſ. pcessu vero temporis imutare ppositi ſui bonum cepit et malis cōſiliis deprauatus. pſecutionem erga dei eccleſias me ditari: eouſqꝫ ut dicatur qꝫ dictatis iam litteris et scriptis cū ſupellet ſola ſubscriptio diuina dextera interueniens ſubscripti onem nephande dextre deturbauerit. Morte etenim ſubita con dempnatur. qui de pioꝫ morte cēlebat: ut ostenderet deus quia non cum voluerit tyrannis cruciamur: ſed cum probauerit ipſe corripimur.

De ſucceſſione romanoꝫ principū et romani preſulīſ. Ca. xxv.

Igitur ſex annis aurelianuſ cum gubernaiſſet principatū probuſ poſt hunc fuſcepit. Et cum totidem temporis ex pelleſſet imperio: caruſ vna cū filiis carino et numeriano ſucce dit. A quibus tribuſ annis nec plenis romano regno admīſtrato dyocleianuſ fuſcepit principatū. Is vero maximas in noſtroſ perſecutiones et ecclieꝫ ſubuerſiones molitus eſt. Sed pau lo anteqꝫ hic impium ſumeret in vrbe roma: defuncto dyonilio poſt nouem annoſ ſacerdotiſ felix fuſcepit ſedem.

De hereti monicheorū. Ca. xxvi.

Quo tempore manes quidam ſecunduſ nomen ſuum iſanienſ et iſtinciu demoniſ agitatus: inuiſam et execrabilēm omnibus heresiſ docet. Hic manes gente parses. vite

et moribus barbarus fuit tam acer ingenio ut insanire vel de-
mone adimpleri videlicet. **V**enig rei exit docet. christi se nunc
gerere formam conabatur ostendere. nunc ipsum se esse paraclitum p-
dicabat: et elatus insania ad similitudinem christi duodecim disci-
pulos eligens ad predicandum mittebat: dogmata stulta et ipsa
a diuersis hereticis qui iam prius extincti fuerant mutuata disse-
minans. et non orbi publica venena propinans. **E**x hoc manichee-
rum heres usque in hodiernum diffunditur: eo tamen exorta quo
felix in urbe romana ecclesie precerat.

De successione romanoꝝ pontificum. **C**a. **xxvii.**

Qui felix per quinque annos administrato sacerdotio: at-
thianum sedem reliquit. **I**n decem mensibus solis transalpicum
gauco episcopatum tradidit. **Q**ui nostris iam temporibus quindecim
annis sacerdotio profundus. marcellinum successorem reliquit:
quem iam tempus persecutionis inuenit.

De successione antiochenorum episcoporum. **C**a. **xxviii.**

Sed in tempestate apud antiochiam sacerdotium post dominum
suscepere tymenus. post tymenum vero cirillus. cyrillo autem
succedit dorothaeus: qui ad nostram memoriam usque perduravit.
vir eruditissimus et in scripturis diuinis satis intentus: qui pro
multa diligentia etiam hebream linguam didicerat: greca autem
eruditione liberali a puero fuerat institutus. **I**n eunuchus a na-
tivitate fuit: ex quo etiam impator in admiratione eum habuerat.
et honorem ei contulerat purpure preposituram. **V**idetur etiam nos
cum in ecclesia scripturas exponeret: auditores in puericia fuimus.
Post hunc tyrannus apud antiochiam sacerdotium suscep-
pit sub quo ecclesiay persecutio increvit.

De successione laodicensium sacerdotū et de
gessis anatholi⁹ eiusdem vrbis ep̄i. Ca. xxix.

Igitur postea qꝫ repente deo atq; hominibꝫ inuisum sicut supra exposuimus interiūt impiorꝫ hominū genus. ita vt merito in hīs completū videretur qđ predixerat spiritus sanctus vidi impiū superexaltatū et eleuatū sicut cedros libani. et trāslui et ecco non erat et quesuī locū eius et nō inueni: omni nube detersa letus iam dies et salito clarior illuxerat terris atq; ecclēsīs christi splendor sui solis effulserat: nec usq; qui hec aliter aspiceret lippidus superat oculus: sed cuncti mortales tyranice que preterierat crudelitatis horrore etiā si nō fide votis tamē que nostra sunt amplectentes vniuersi pariter deū verum pīs esse auxiliū fatebantur: firmāq; esse spem in cristo sperantiū cōprobabāt. Ex quo aderat cūctis velut diuino munere infusa leticia. maxime videntibus ea loca que pauloante impiis tyranorꝫ machinis fuerant destructa rediuita cōstruktione clariora et celsiora cōsurgere: tēplāq; excelsa pro humiliibꝫ cōuenticulis eleuari. Iuuabat enī cristianorꝫ principū fauor et legis latio religiosa alacres nostrorꝫ animos eo amplius animabat. dum et ad personā episcoporū frequentius scriberent et honorem sacerdotibus cum summa veneratione deferrent: sed et impēdiorū sumptus benignius largirent.

De trāquilo statu et ordine ecclesiastico eiusdē t̄pis. **Ca. xviij.**

In terea festivitates a nostris frequentissime gerebantur cum omni leticia et exultatione: per urbes et loca singula ecclesiarum dedicationibus celebratis. Congregabantur in unum sacerdotes: nec pigebant etiam longe positos conuenire: quia nullum longum videbatur spaciū caritati. Concurrebant etiam populi ad populos et tamquam vere membra unius corporis christi iungi sibi inuicem sociarique gaudebant: ut videretur in eis completi propheta illa figura. que cum sacramento quodam predicta est dicens quia congregabat os ad os et iunctura ad iuncturam. Quibus etiam unus spiritus inesse omnibus infusus membris et una anima merito dicitur: quia et una in omnibus fides et unus ab omnibus colitur deus. atque ex uno ore ymnos omnes concinunt deo. Jam vero ingens in sacerdotijs et ministerijs atque in omnibus que ad religionis obseuerantiam pertinent gracia resulgebat. Astabant hinc psallentiū chori. iuuenes et virgines senes cum iunioribus laudabant nomen domini: hic mistica ministeria ordinatis ac dispositis vicibus agebantur. Pontificum quoque et sacerdotum confessus: ipsa canicie venerabilis eminus prefulgebat. Jam vero si quis per graciam domini inspiratus sermonem proferret ad populum. cum omni silentio ora cunctorum in eum oculique conuersi tamquam celitus sibi per eum denunciari aliquid expectabant. Tanta auditorum reuerentia: tantus ordo in sacerdotibus seruabatur. Hinc aliis atque inde alias et non solum duo vel tres sicut apostolus dixit ceteris examinatis loquebantur: sed et quantiscunque dabatur sermo in actione oris sui ut magis constaret in eis illud quod moyses dixerat. Quis dabit omnem ecclesiam domini prophetare? Nusquam enim liuor aderat: nullum pulsabat inuidia: dei dona dei populis ministrabantur. Unusquisque secundum quod scriptum est ad edificationem ecclesie abundare querebat. et omnia hec in caritate gerebantur. ita ut se honore inuicem preuenirent: et alter

alterū sese duceret meliorē. Nā simpliciores quicqz admirabant
et suscipiebant eos qui sapientiam verbi populos instrubant.
Sapientes vero et eruditī viri preferebant eos quibus pura
vita ac sincera simplicitas offerēdi deo hōrias maiore fiduciā
dabat: eisqz īmolandi sacrificij pmittebant officiū. quos fami-
liariorz vite sinceritas in cordis puritate seruabat. Hic summo
studio pquirebat alter in altero quod preferret.

TQuēadmodum licinius aduersus constantinū bellum
cōmouerit et cristianos persecutas sit. Capitulū. xix.

Ligitur cum tali simplicitate ecclesiariū gloria apud deum
hominesqz proficeret et ymago quedā celestiū habereb
in terris: sup omnia quoqz religiosus princeps constantinus ex-
ultaret in talibus ac per dies singulos fide et religione crescē
inexplebili gaudio de ecclesiaꝝ profectibꝝ repleret: sacerdotibꝝ
etiā dei non credebat sufficere. si se equalē preberet: nisi eos et
longe preferret. et ad ymaginem quandam veneraret ē iuine
presentie. Cumqz pro hīs omnibus iam non vt imperator sed
vt pater coleret a cūctis: non tulit infelix īuidia vel nostreꝝ
pacem letis successibus crescere: vel illius erga nos studia in-
cassata durare. Etenī licinius qui primo quasi xpbitate morū
et vite ītegritate ac merito virtutū nō solū ob eo in societate
regni fuerat adscitus. verū et in propinquitate ex cōiunctione
susceptus. sororē namqz constantini in matrimoniu acceperat:
videns imperatore non tam vi et metu q̄ amore et religione
omnibus imperare atꝝ in summa veneratione cūctis esse mor
talibus et precipue cristianis: humano vicio pulsatus ymmo
īnhumane īuidie clade proculsus eccl̄tis īsidhs primo decipe
egregiū principē parat: idqz q̄maxie p familiares ac mīstros
molt̄. Sed ille nichil quidē de eius dolis ac fraudibꝝ suspicat̄

tamen quia totus erat confidens in dñō ad omnia se illo signo
quod ei celitus monstratu fuerat. muniebat: nec vllis per hoc
īnsidīs fieri obnoxius poterat. **V**erum licinius vbi neq; bene
ficiorū memoria neq; affinitatis gracia reprimere īmanitatem
cōcepti sceleris poterat. neq; tamen ei per occultas machinas
īnsidie protendebant ratus q̄ cristianorū īperator precibus
iuuaretur et īdō tutus maneret stulta iracundia pmotus. impe
ratori quidem apertum bellum īdicit regnīq; fidem ac socie
tate cōtaminat: nostros vero priuato et speciali odio persequi
parat. hoc in querelam ducans q̄ nō ita pro se sicut pro con
stantino cristiani in solempnibus. et ex precepto sibi traditis
orationibus excubarent. **N**ensa igitur vice is qui pauloante
acerime in eos vīdicauerat qui tyrānorū tempore aduersum
cristianos aliquid crudele moliti sunt. nūc in nostros tela con
torquet: et tyrannīdis sue p̄ima sacrilegia nostrorum cruce
delibat. **P**rimo namq; omni de palacio suo si quis cristian⁹ eēt
exire iubet: tum et de omni milicia. **N**ost hec proficit pestis: et
tyrannicis edictis statuit omnes qui se cristianos profiteretur
in carcerem trudi statim tamē inuenit aliquid. in quo priores
cruelitate superaret. **A**ddit edicto vt ne quis alicui misso in
carcerem cibum vel potum deferat dicens iniquū esse misericor
diam fieri atq; humanitatē prebere h̄js quos ipse suis legib⁹
cōdempnasset. **E**t ita multitudines in carcerem retruse: inedia
necabantur. **S**ed per hoc putabat adhuc tyrānidem suam oe
cultorem esse. **V**erum crescente animi seuicia: etiam hoc parū
videtur. Continuo namq; in episcopos ceterosq; sacerdotes dei
rabiem crudelitatis extendit: et primo omnī nobiliores quosq;
et quos fama clarior extulerat et sapientie vel doctrine opi
nio cōmendauerat. callida arte cīrcūuenit: et eos aut iuriarū
reos fieri aut cuiuslibet alterius fidi crimis precipiens. nulla
negocij questione habita puniri hoc solo quod deferebatur.

iubebat. Jam vero post h̄ inaudito omnib⁹ seculis crudelitatis
mō. omnes qui cōtaminatis sacrificijs ac quiescere noluissent
non tortorib⁹ vt p̄cessores sui tyranī faciebant neq; cruciatib⁹
neq; supplicijs tradi iubebat sed lanionib⁹ dari: vt eos porcoꝝ
more suspensos despicatosq; et codicib⁹ suppositos per frusta
cederent: et in partes diuisos in mare ad pabulū piseū piceret
Ecclēsias quoq; quas suis iam tēporib⁹ cōibus edictis extrui
iā fecerat. rursum ipse subuertere. et p omnia satis agere. q̄ten⁹
cūctos qui ante se fuerant tyranos crudelitate suparet. **P**reterea
et leges si que apud romanos bene et honeste a majorib⁹ late
fuerant in barbarū ritū conuertere. auaricie q̄z insatiabiliter
studere. census innouare et agros cultoribus vacuos tributis
replere. **P**reterea si quos iniquis factoribus circuuentos in
exiliū misisset. hoy vxores legitimis matrimonijis auillas ser
vis suis et satellitib⁹ iungere: ipse vero etiā contra etatis sue
vires adulterijs et corruptionib⁹ virginū delectari.

¶ Quēadmodū cōstantin⁹ impator p̄issim⁹ deicto licinio tyrano
statū ecclesie tranquillū largius confirmauerit. **C**apitulū. xx.

Verum ubi huicemodi armis et virtutibus instructus.
tyrānidem cepit ferocius agitare: constantinus qui erat
veris virtutibus adornatus. et perfecta in dēū pietate munit⁹
tot tantisq; flagicj̄s ire obuiam parat. **N**ec difficultas aliqua
victorie fuit: ubi et cā iustior et fides purior et virtus eminē
tior habebatur. **D**eictoq; licinio atq; omni memoria tyranice
dñationis ablata: soliditatē romani regni cum filijs solus opti
nuit. **T**um vero status quidem reipublice equali moderatione
et censura dignissima romani nominis habebatur. i nationib⁹
autem barbaris metus ingens: in prouincialib⁹ vero metus et
deuocio animi maior erat. Quieta oīa et tranquilla ab hostib⁹

bellisq; ciuilibus:leti securiq; cuncti mortales pacē agitabant
Ecclesiarū vero gloria incredibilis memoratu est quanto reli
giosi imperatoris studio adoleuerit:quantaq; eius cura etiam
erga sumptū indigentū fuerit. **Ardens** namq; eius in fide dei
animi: et benignū ingeniu atq; clemēs bonis opib; pascebat
In tantū vero pñciū rex bonitas et trāquillitas optinebat: ut
obliuionē pteritoz pareret maloz. **Edicis** namq; frequētib;
per omnē locū propositis. nō solū tyranitas aduersū xpianos
depulerat leges. iusq; ciuale reddiderat vey et priuilegia prima
eccles ijs ac summos honores sacerdotib; detulit. **Ita** deo atq;
hominibus carus summā romani regni tū religione pura. tum
etiam virtute animi ac moderatione super omnes qui prius
fuerant procurabant.

¶ Verba rufini.

Huc vslq; nobis eusebius cesariensis rerū in ecclesia gestaz
memoriam tradidit: cetera vero vslq; ad presens tempus per
ordinē subsecuta sunt: que vel in maioz litteris reperimus. vel
nostra mēoria attigit pris religiosi preceptis et in hoc parētes
q; poterimus breuiter addēmus.

¶ Incipit liber decimus ecclesiastice hystorie
De herese arrj.

¶ Capitulum .i.

Onm apud alexandriā post achillā qui petro
martyri successerat alexander sacerdotium
suscepisset: quia pax nostris et quies a per
secutionibus erat. atq; ecclesiaz gloria con
fessorū meritis gaudebat: prosperitas rerū
nrāz domestica cōtētioe turbat. Etenī pbr
quidā apud alexandriā arrius noīe vir spē et forma magis q
virtute religiosus. sed glorie laudisq; et nouitatis improbe cu
pidus. praua quedā de fide xpi pferre et que ātea ī questionē

separare

numq; venerat cepit: abscidere videlicet ac separare ab illa eterna
et ineffabili patris subā vel natura filiū dei. Que res plurimos
in ecclesia conturbabat. Sed cum alexander episcopus natura
lenis et quietus assiduis cōmonitionib; arriū cuperet a prauo
incepto et assertionib; imp̄is reuocare. nec tñ res ex sentēcia
procederet: et q̄ plerosq; iam contagio pestifere assertionis in
fecerat. non solum apud alexandriā. verū et per alias vrbes
prouinciasq; dispersa: pnicium fore credens si dissimularet a
talibus plurimis cōsacerdotib; suis rē indicat. Questio latius
inotescit: sermo vlsq; ad aures religiosi principis. quippe qui
omni studio et diligentia curaret que nostra sunt peruenit.

¶ De consilio patrū apud nyceam congregato. ¶ Capitulū. ii.

Dum ille ex sentencia sacerdotū apud urbem nyceam sa-
cerdotale consiliū cōuocat: ibiq; arriū trecentis decem
et octo episcopis residentib; adesse iubet: ac de eius propositio-
nibus ac questionibus iudicari. Sed in eo consilio admirabile
factū principis non puto reticendū. Etenī cū ex omnib; pene
locis episcopi conuenissent. et vt fieri solet diuersis ex causis
inter se quedā iurgia detulissent. interpellabat frequenter a
singulis offerebantur libelli. culpe proferebant: et magis ad
hec quā ad id pro quo ventum fuerat animos dabant. At ille
videns q̄ per huiusmodi iurgia cā summi negotij frustrareb;
diem certam statuit unusquisq; episcopoꝝ si quid querimonie
h̄e videref deferret. Et cū resedisset suscepit a singulis libellos
Quos simul oēs in sinu suo continens. nec in eis quid cōtineb;
aspiciens: ad epōs ait. **¶ Exhortatio constatini impatoris.**
¶ Deus vos constituit sacerdotes: et potestatē vobis dedit de-
nobis quoq; iudicandi. Et ideo nos a vobis rede iudicamur:
vos autem non potestis ab hominib; iudicari. Propter quod

dei solius intervos expeditate iudiciū: et vestra iurgia quecūq; sunt ad illud diuinū reseruentur examen. **V**os enī nobis a deo dati estis dñj: et cōueniens non ē vt homo iudicet deos. sed ille solus de quo scriptū est. **D**eus stetit in congregatiōne deorū: in medio autem deos discernit. **E**t ideo h̄js omnibus omissis: illa que ad fidem dei pertinent absq; vlla animarum contentionē discernite. **C**um hec dixisset omnes simul querimoniaꝝ libellos iussit exuri: ne innotesceret vlli hominū simultatio sacerdotum. **D**erū cum per dies multos in episcopoz cōsilio de fide questio verteretur et nōnulli diuersa sentirent ac vehementer ceptis arr̄j fauerēt: plures tamē erant qui impiū execrarent inceptū. **C**umq; in eodem cōsilio esset cōfessorū magnus numerus sacerdotū: omnes arr̄j nouitatib; aduersabantur. **F**auebant vero ei viri in questionib; callidi: et ob id simplicitati fidei aduersi.

¶ De conuersione philosophi dyaleticis. Capitulū. iii.

Quantam vero virtutem habeat simplicitas fidei: ex h̄js etiā que inibi gesta referuntur agnoscim;. **E**tenī cū pro studio religiosi impatoris ex omni terra sacerdotes dei coissent opinione cōmoti ph̄i quoq; et dyaleticī valde nobiles et opina tissimi cōuenerūt. **I**n quibus quidā insignis in arte dyalectica per dies singulos cōflictū summi certaminis cū episcopis nr̄is viris adeq; in dyaletica non incompatibiliter eruditis mouebat: et fiebat ingens spectaculū conuenientib; ad audiendū doctis et litteratis viris: nec tamē ullo genere ph̄is cōcludi a quoq; poterat vel cōstringi. **T**āta enī dicendi arte obiectis q̄stionib; occurrebat: vt vbi maxie putaret astricꝝ velut anguis lubricꝝ laberet. **S**ed vt oneret deq; qz nō in sermone regnū dei sed in virtute cōsistit: quidā ex cōfessorib; simplicissime nature vir. et nichil aliud sciēs nisi ih̄m xp̄m et hūc crucifixū iter ceteros

auditores episcopos aderat. Qui cū vidisset ph̄m insultantem nostris. et callida se disputationis arte iactātē: poscit ab oībus locū. velle se paucis cū phō sermocinari. **T**um vero nostri qui simplicitatē viri et iperici ī ī sermone dūtaxat nossent: pauere et velut pudorē quendā pati ceperant ne forte apud callidos homines risui efficeretur sancta simplicitas. **P**ersistit tñ senior et hinc nouit sermonis exordiū. **I**n nomine inquit ihesu cristi phē audi que vera sunt. **D**eus vnus est qui fecit celū et terrā quicqz homini quē de terre limo firmauerat spiritū dedit: vniuersa que videntur et que non vident̄ virtute verbi sui creauit et spiritus sui sanctificatione firmauit. **H**oc verbū et sapientia quē nos filiū dicimus. humanos miseratus errores ax virgine nascitur: et p passione mortis a perpetua nos morte liberauit ac resurrectione sua eternā nobis cōtulit vitā. **Q**uē expectam⁹ iudicem omniū: que gerim⁹ esse venturū. **C**redis hec ita esse o philosophe? **A**t ille velud si numqz vllum sermonē cōtradicēdi didicisset. ita stupefactus virtute dicatorū et mutus ad omnia. hoc solum potuit respondere ita sibi videri nec aliud verū esse q̄ dixerat. **T**um senior si hec inquid ita esse credidisti. surge et sequere me: ac dominicū et huius fidei signaculū suscipe. **E**t ph̄us cōuersus ad discipulos suos: vel ad eos qui audiēdi grā conuenerant: audite inquit o eruditissimi viri. **D**onec verbis mecum gesta res est. verba verbis opposui: et que dicebantur dicendi arte subuerti. **O**bvi vero pro verbis virtus processit ex ore dicentis: non potuerunt resistere verba virtuti: nec homo aduersari potuit deo. **E**t ideo si quis vestrū potuit in hijs que dicta sunt sentire que sensi: credat cristo et sequatur hūc senē ī quo locutus est deus. **I**ta philosphus cristianus effectus tandem gratulatus est se victum.

Do paphnucio episcopo et confessore. **C**apitulū. iiiij.

Fuit p̄terea in illo cōsilio et paphnicius homo dei ep̄us ex egypti partib⁹: cōfessor ex illis quos marian⁹ dextris oculis effossis et sinistro poplice succiso per metalla dampnauerat. Sed in hoc tanta virtutū gracia inerat: ut signa per eū non minus q̄d dudum per apostolos fierent. Nam et demones verbo tantū fugabat. et egros sola oratione curabat. s̄z et cecis visum dcitur redidisse. et paraliticos ad stabilitatem corporis reuocasse. Quē cōstantin⁹ i tāta veneratione et affectu habuit ut sepius eum intra palaciū euocatū complectetur. et illum oculū qui in cōfessione fidei fuerat euulsus audiōrib⁹ osculis de mulceret.

De spiridione episcopo et miraculis eius. **Capitulū. v.**

Ex eoꝝ numero et siquid ad hunc eminentius fuſſe dicit̄ etiam spiridion tyrius episcopus: vir vnus ex ordine prophetarū. quantū etiā nos eorū qui eū viderant narratione comperim⁹. Hic pastor ouīū etiā in episcopatu positus pmāſit quadam vero nocte cum ad caulas fures venissent. et manus improbas quo aditū educendis ouibus facerent extendissent: inuisibilibus quibusdā vinculis restricti vsq; ad lucem velut traditi tortorib⁹ pmanserūt. Cū vero oues duclurus ad pascua matutin⁹ se ageret senior: videt iuuenes absq; hūanis viculis caulis pēdere districtos. Cūq; causam noxe compisset absoluit sermone q;s meritis nixerat. Et ne h̄js inanis nocturna cederet occupatio: tollite inqt o iuuenes vnū vobiscū arietē. ne sine cā venisse vidiamini: quē melius p̄ce q̄d furto q̄ſſe cōuenerat. Tradūt de hoc etiā illis fc̄m mirabile filiū habuit hirenē noīe que ei cū bene mīstrasset virgo defuncta ē. Post ei⁹ obitu veit quidā dicens se ei quoddā depositum cōnendasse. Rem gestam ignorauerat pater. Perquisitū est in tota domo: nūſq; qđ posce batur iuuentum ē. Persistebat ille qui cōmendauerat. et fletu

ac lacrimis purgebat: vite quo p'sue illaturā se esse exicū: ubi
comendatum recipet testabat. Permotus lacrimis eius senex
ad sepulchrū filie properat. atqz eam per nomen clamitat. Cū
illa de sepulchro. Quid vis ait pater? Comendatū inquit illi
ubi posuisti? At illa locū designans: illic ait inuenies defessum
Regressus ad domū: rem sicut filia de sepulchro responderat re
pertā tradidit reposcenti. Sed et multa alia eius ferunt gesta
mirabilia: que etiā nunc oīm celebrant. Tales igit̄ adhuc
in illis temporibus pmulti viri in ecclesīs dñi resulgebāt: ex
quib⁹ plurimi in illo cōsilio fuerūt. Sed et athanasius eodem
tempore alexandri episcopi dyacon⁹ aderat consilijs senē quā
plurimis iuuans.

De gestis nyctenī consilij. **C**apitulū. vi.

Nterea p dies singulos agebat cōuentus: nec facile aut
temere de re tāta statuere audebat. Euocabat frequēter
arrius in cōsilium: et assiduo tractatu assertiones ei⁹ discutiebat
et quid aduersum hec teneri deberet. aut statui summa cū deli
beratione querebatur. Verum post diutinū multūqz tractatum
placet omnibus ac velut ex uno cunctoz oīe et corde decernit
omousyon scribi debere: id ē eiuscē cū patre subē filiū cōfiteri
idqz firmissima omniū sentencia pronūciat. Occē et septē soli
tunc fuisse dicunt. quib⁹ arriū fides magis placeret: extrinsec⁹
creatū dei filiū ex nullis subsistentib⁹: et nō ex ipsa p̄ris deitate
progenitū cōfirmantes. Defertur ad constantinū sacerdotalis
consilij sentencia: ille tam p a deo prolatā venerat. Cui si quis
temptasset obniti velut contra diuinā statuta venientem: in ex
iliū se protestatē acturū. Sex igitur soli cū arrio se patiuntur
excludi: reliqui vero vndeū consilio inter se habito acquiescūt
ad subscribendum manu sola non mente. Cuius simulationis
autor precipue extitit nicomedie episcopus eusebius **I**nterim

quoquomodo alijs veritate alijs simulatione sicut post exitus
docuit subscriptentib⁹ et de singulis quibusq; ecclesiasticis ob
seruationibus certa statuta fингentibus: consiliū direptum est.
Exemplū autē expositionis fidei eoz qui cōuenerant infra
scriptum est.

Exemplum fidei nicene. Capitulū. vii.

Credimus in vnū dēū patrem omnipotentē. oīm visibiliū
et inuisibiliū factore et in vnū dñm nostrū ihesum xp̄m
filiū dēi. de patre natū vnigenitū. hoc est de substantia patris.
dēū ex deo. lumē ex lumine. dēū verū ex deo vero. natū nō factū
omousyon pater hoc est eiusdem cum patre substantie. per quē
omnia facta sunt que in celo et que in terris. qui propter nos
et propter nostram salutem descendit. et incarnatus est hoc est
homo factus. passus est et resurrexit tercia die. et ascendit in
celos inde venturus iudicare viuos et mortuos. et in spiritum
sanctum. **E**os autem qui dicunt erat aliquā qn̄ non erat. et anq̄
nasceretur non erat. **E**t quia ex nullis subsistentibus factus ē
aut ex alia subsistentia vel substātia dicunt esse. aut mutabilē
vel conuertibilem filiū dēi: anathematizat catholica et aplīca
ecclesia. **S**tatuūt preterea obseruandū esse in ecclesīs: ne quis
ex hīs qui semetip̄os in patientia libidinis exciderūt venire
ad clerū. **E**t ne quis nup assumpt⁹ ex vita vel cōuersiōe gētili
accepto baptismo anteq̄ caucius examineſ cleric⁹ fiet. **E**t vt
ne q̄s epōy ceterorūq; clericōy cū extraneis mulierib⁹ habitet
pter cū m̄re vel sorore vel amita. vel si q̄ sūt huicemōi necessitu
dinū psone. **E**t vt epūs si fieri pōt. a toti⁹ pūcie epūs ordineſ
si h̄ difficile ē nōmin⁹ a trib⁹: ita tñ vt metropolitāi epi⁹ marie
vel pūcia vel autoritas habeat. absq; quo ordinatione irritā
esse voluerūt. **E**t ne quē alius epūs de ecclesiā expulerit: siue
clericum siue laycum suscipiat alter. **H**ane ne hcc aut iracūdia

aliqua aut contentionē vt fieri solet iniuste factū remediū nō
haberet. decernunt per singulos ānos quib⁹ prouincijs secūdo
ab omnibus episcopis prouincialib⁹ consilia agi debere et de
hui⁹ cemodi negotijs iudicari: vt si forte ab vno inique aliqđ
gesum est a ceteris emendet: si recte ab oīb⁹ confirmet. Et vt
apud alexandriā vel in vrbe roma antiqua consuetudo seruet
vt vel ille egypti. vel hic suburbanar⁹ ecclesiar⁹ sollicitudinē
gerat. Et vt si forte in ordinādo epo duo vel tres p aliquā cō
tētione dissentiat reliquoꝝ autoritas et p̄cipue metropolitani
cū ceteris firmior⁹ habeat. Et vt epo iherosolimoꝝ antiquitus
tradita hōris progratiua seruet: manēte nichilomin⁹ et metro
politani ipsius prouicie dignitate. Et cathatos qui apud nos
nouaciani sunt si forte penitentes ad ecclesiā conuertant: con
fessos ecclesiastica dogmata clericos i ordine quidē suo suscipi
debere sed ordinatione data. Hanc si episcopus ipsoꝝ veniat ad
episcopū nostrū, debere eum in presbiteroꝝ loco sedere episcopi
vero nomen manere apud illū solū qui catholicā semp tenuit
fidem: nisi sua voluntate ipse eum tali noīe honorari voluerit
vel si placuerit vt querat ei episcopi locum vacantē. hoc sit in
ipsius potestate. Et ne in vna ciuitate duo sint episcopi. Et si
qui forte indiscrete ad sacerdotiū prouedi. postmodū vel ipsi
aliquid de se criminōsum confessi sunt: vel ab alijs reuicti vt
abiciātur. Sed et si qui ex hīs qui lapsi sunt. et p ignorantia
forte ordinati: recogniti vt abiciantur. Et vt si qui absqꝝ toz
mentis in psecutionib⁹ lapsi sunt. et ex corde agunt penitēciā.
quinqꝝ ānos inter cathecuminos faciant: et duob⁹ annis post
hoc fidelib⁹ in oratione tantū iūgan̄t: et ita postmodū suscipiāt
Qui vero propter cōfessionē miliciā abiecerant. et rursum ad
hanc ambierūt: hos tredecim ānis penitēciā gerere et postea
suscipi. si tamē ex corde penitēciā gerant: esse tamē et in p̄tate
epi moderandi facultatē si eoꝝ fructuosam et apertā penitēciā

viderit. De hīs vero qui vita excedunt penitentib⁹ decernūt
vacuū nullū debere dimitti. Si quis sane accepta coīone super
vixerit. debere eū tpa statuta cōplere: vel certe prout episcop⁹
moderari voluerit. De cathecuminiſ qui plapsi sunt statuerunt
trib⁹ ānis eos a cathecuminoꝝ oratione sepatos post ea recipi
debere. Et ne de ciuitate inferiori ad maiore ecclesiā transire
quis abiat: siue epūs siue etiā ali⁹ clericus. Et ne quis cleric⁹
qui derelicta ecclesia sua nulla exēte cā probabili vagetur et
oberrat p alias ecclesias suscipiat in cōmunionē. Et vt nemo
eū qui ad aliū ptinet subripiens i sua ecclesia ordinet clericū
absq⁹ consensu illi⁹ ad quē pertinet. Et ne quis clericus aut
vſuras accipiat. aut frumenti vel vīni ampliationē: qđ solet in
nouo datū vel sextuplū vel etiā duplū recipi. Qd si faciat: tāq⁹
turpis lucri abiciendū. Et ne dyaconi pb̄is preferentur. ne ve
se deant in cōfessu pb̄oꝝ: aut illis pntibus eucaristiā diuidant
sed illis agentibus solum ministrent. Si vero presbiter nullus
sit in presenti tūc domū etiam ipsis licere diuidere: aliter vero
agentes abici iubēt. Et vt paulianiste qui sunt fōtiniani rebap
tizent. Sed et dyaconissas quoniāquidem manus impositionē
nō accipiāt: etiā ipsis inter laycas esse debere. Igit̄ cū de hīs
prout diuinarū legū reuerētia poposcerat decreuissent: sed et de
obseruatione pasche antiquū canonē per quē nulla de reliquo
varietas oriretur ecclesīs tradidissent: omnib⁹ rite dispositis
ecclesiāꝝ pax et fides i orientis atq⁹ in occidentis ptibus vna
atq⁹ eadem seruabatur.

De cruce saluatoris in iherosolimis ab helena repta. Ca. viii.

Per idem tēpus helena cōstantini mater feia incōpabiles
fide religione animi ac magnificētia singulari. cui⁹ vere
constantin⁹ et esset filius et crederet diuinis admonita visio
nib⁹ iherosolimā petit: atq⁹ ibi locū in quo sacro sanctū corp⁹

christi patibulo affixum pependerat ab incolis perquirit. Qui
id circa ad inueniendū difficilis erat. q̄ ab antiquis p̄secuto-
ribus simulachrū in eo veneris fuerat defixū: vt si quis christia-
norum in loco illo christū adorare voluisset. venerein videretur
adorare: et ob hoc infrequens et pene obliuioni datus fuerat
locus. Sed cum vt supradiximū religiosa femina properasset
ad locū celesti sibi iudicio designatū: cuncta ex eo prophana et
polluta deturbans: in altū purgatis ruderibus. tres confuso or-
dine repperit cruces. Sed obturbat reperti muneris leticiam.
vnīcūiusq; crucis indiscreta proprietas. Aderat quidem et ti-
tulus ille: qui grecis et latīnis atq; hebraycis litteris a pylato
fuerat conscriptis. Sed nec ipse satis euidenter dñici prodebat
signa patibuli. Hinc iam humane ambiguitatis incertū diuinū
flagitat testimoniu. Accidit in eadem vrbe primariā quādā
loci illius feminā graui egritudine confessā seminecem iacere
Macharius per idem tempus ecclesie illius episcopus erat. Is
vbi cunctantem reginā atq; omnes pariter qui aderant videt:
afferte huc iquit totas que reperte sunt cruces: et que sit que
portauerit dominuu nunc vobis adaperiet deus. Et ingressus
cum regina pariter et populis ad eam que decubebat. defixis
genibus huiuscemodi ad deum preces profudit. Tu domine qui
per vnigenitū filiū tuū salutem generi humano per passionem
crucis conferre dignatus es et nunc in nouissimis temporibus
aspiras in corde ancille tue p̄quirere lignū beatū in quo salus
nostra pepēdit: ostende euidenter ex h̄js tribus que crux fuerit
ad dominicā gloriā. vel que extiterit ad seruile suppliū: vt
hec mulier que semiuua decubuit. statim vt eam lignū salutare
contigerit. a mortis ianuis reuocetur ad vitam. Et cū hoc dix-
isset: adhibuit primo vnā ex trib⁹ et nichil p̄fecit. Adhibuit
secundā: nec sic quidē aliquid actu est. vt vero admouit tertiā
repente adaptis oculis mulier cōsurrexit: et stabilitate viriū

recepta alacrioz multo q̄p cū sana fuerat tota domo discurrere et magnificare dñi potentia cepit. Sic euidenti indicio regina voti cōpos effecta: tēplū mīrificū in eo loco i quo crucē reperat regia abitione cōstruxit. Clauos q̄z quib⁹ corpus dñicū fuerat affixū: portat ad filiū. Ex quibus ille frenos composuit: quib⁹ vteref ad bellū. Et ex alijs galeā nichilominus belli v̄sibus aptā fertur armasse. Ligni vero ipsius salutaris partē detulit filio: partē thecis argēteis cōditam dereliquit in loco: que etiā nūc ad memoriam sollicita veneratione seruātur. Reliquit etiā h̄ indicium religiosi aī regina venerabilis. Virgines q̄s ibi repperit deo sacras iuitasse ad prādiū. et tāta eas veneratione curasse dicit: vt indignū crederet si famuloz vteretur officijs: sed ipsa manib⁹ suis famule habitu succincta cibū apponaret et poculū porrigeret aqua manib⁹ ministraret: et regina vrbis ac mater impij famulaz xp̄i se famulā deputaret. Hec quidē iherosolimis gesta.

¶ Quēadmodū constantinus religione fatus barbaras nationes sibi armis subegerit. ¶ Capitulū. ix.

In terea cōstantin⁹ pietate fatus sarmatas gothos aliasqz barbaras nationes nisi que vel amicichs vel deditione sui pacem preuenerant: in solo proprio armis edomuit. Et q̄to magis se religiosius et humilius deo subiecerat: tanto amplius ei deus vniuersa subdebat.

¶ De anthonio primo heremita. Ca. x.

Aanthoniū q̄z primi heremi habitatozem velut ad vnu ex pphetis litteras suppliciter mittit: vt p se ac liberis suis dno supplicaret. Ita nō solū meritis suis ac religiōe m̄ris sed et intercessione scōz cōmēdabile se deo fieri gestiebat. Hanc qm tāti viri anthoniū fecimus mēsionem de virtutib⁹ ei⁹ atqz institutis et sobrietate mētis. vtqz i solitudine vitā degēs vſus

solumō consortio fuerit bestiāꝝ et de demonibꝫ crebros agens
triūphos placuerit dꝫo supra cūctos mortales. vtqꝫ institutiois
sue preclara vſcqꝫ in hodiernum monachis exempla reliquerit:
volentē me aliqua exponere ille libellus exclusit qui ab atha
nasio scriptꝫ etiā latino sermone editus ē. Propter qđ omissis
b̄is que ab alijs iam dicta sunt ea memorabimus que quāuis
gestāꝝ contineat fides ab hijs tamen qui longe positi sunt ob
scuroꝝ fama subtraxit.

De captiuitate edisiꝝ et frumentiꝝ et conuersione
iudeorum ab ipsis gesta. **C**apitulū. xi.

Nea diuisione orbis terre que ad predicandū verbum
dei sorte per apostolos celebrata est. cū alie alijs. pūcie
obuenissent: thome parthia. et matheo ethiopia. eiqꝫ adherēs
exteriorꝝ india bartholomeo dieitur sorte decreta. Inter quam
parthiāꝝ mediā sed longe interiorꝝ tractu india vltorꝝ iacet
multis var̄ijsqꝫ linguis et gentibus habitata. quā velut longe
remotam nullus apostolice predicationis vomer impresserat.
Que tamen temporibus constantini tali quadā ex cā seīa fidei
prima suscepit. Metrodorus quidā phūs inspiciendōz locorū
et orbis perscrutandi gracia vltiore dicit̄ indiā penetrasse.
Cuius exemplum inuitatus etiā metropius quidā cyrius phūs
simili ex causa indiā adire voluit. habens secū duos puerulos
quos liberalibꝫ litteris vtpote propinquos instituebat. Quoꝝ
vnus qui erat iunior edisiꝝ: alter frumentiꝝ vocabat. Igit̄
pūfis et inoticiā captis hijs quibꝫ animus pascebatur. cum
phūs redire cepisset: aque vel ceteroz necessarioz cā ad portū
quēdī nauis qua vehebat̄ aplicuit. Moris est imibi barbaroz
vt si quando fedus sibi cū romanis turbatū vicine nūciauerit
gentes omnes qui apud eos ex romanis inuenti fuerint iugu
lentur. Inuaditur nauis phū: cundi cum ipso pariter pimunt.

Pueruli repti sub arboze meditantes et lectiones suas pantes
barbaroz miseratione reseruati ducunt̄ ad regem. Horum ille
alterū idest edisiū sibi pincernā fecit: frumentio vero quē quasi
perspicacem deprehenderat et prudentē: rationes suas scriniāqz
cōmisit. Ex quo et in honore magno apud regem habiti sunt
et in amore. At vero moriens rex uxorem cum paruulo filio
regni reliquit heredēm: adolescentib⁹ autē quid vellent agēdi
dedit liberam facultatē. Quos tamē regina suppliciter exorat.
tanqz que nichil habere in toto regno fidelius: ut secū usqz quo
adolesceret filius regendi regni sollicitudinem ptirentur. Et
precipue frumentius cuius prudentia ad moderandū sufficeret
regnū. Nam et aliis fidēm puram et sobriā mentē suppliciter
exhibebat. Idqz dum agerent et regni gubernacula frumētius
haberet in manib⁹ deo mentē eius et aīos instigāte: requirere
sollicit⁹ cepit: si qui inter negocatores romanos cristiani eēnt
et ipsis potestate maximā dare ac monere vt conuenticula per
loca singula facerent. atqz romano ritu orationis cā cōfluerent
Sed et ipse multomagis eadē facere et ita ceteros cohortari
ac fouere et beneficijs inuitare: quitquid etiā oportunū fuisset
loca edificijs aliaqz necessaria prebere. et omnimodo gestiret
cristianoz inibi semen exurgeret. Sed cum adoleuisset regius
puer. cui⁹ pcurationē regni gerebat. expletis omnib⁹ et ex fide
traditis: multū licet detinētib⁹ et rogātib⁹ vt manerent cum
regina vel filio. ad vrbē tñ nostrū denuo reuertunt̄: et ediso
festināte tyrū parentes propinquosqz reuisere: frumētius alex
andriā pgit dicens equū nō esse opus occultare dñicū. Igitur
rem omnē vt gesta ē exponit ep̄o: ac monet vt puideat virum
aliquē dignū. quē cōgregatis iā plurimis xpianis et ecclesijs
constructis in barbarico solo ep̄m mittat. Tu vero athanasius
nā is nup sacerdotiū suscepereat: attēsius et propēsius frumētij
dicta gestaqz cōsiderās i cōsilio sacerdotū. et quē aliū iueniem⁹

virum talem: in quo sit spūs dei sicut in te. qui hec ita posset
implere: Et tradito ei sacerdotio redire eū vnde venerat iubz
Quiqz cū episcopus prexisset ad indiam. tanta ei gracia data
esse virtutū a deo dicitur: vt signa per eum apostolica fierent.
et infinitus numerus barbaroz cōuerteretur ad fidem. Ex quo
in indie partibz et populi cristianoz et ecclesie facte sunt: et
sacerdotiū cepit. Que nos ita gesta non opinione vulgi: sed
ipso edilio tyri presbitero postmodū facto. qui frumentij comes
prius fuerat referente cognouimus.

De conuersione gentis hiberoz per captiuā facta. **Capit. xii.**

Per idem tempus gens etiā hiberoz que sub axe pontico
iacet: vbi dei federa et fidem futuri suscepit regni. Sed
hui⁹ tanti boni prestitit cām mulier quedā captiuā que apud
eos reperta cum fidelem satis et sobriā ac pudicā duceret vitā
totisqz diebus ac noctibz obsecrations deo puigiles exhiberet
in admiratione esse ipsa rei nouitas barbaris cepit. et quid
hoc sibi vellet curiosus pquirebat. Illa vt res erat: simpliciter
cristum se deum hoc ritu colere fatebat. Nichil ex hoc ampli⁹
barbari preter nouitatem nominis mirabant̄. Verum vt fieri
solet et ipsa pseuerancia curiositatē quandā mulierculis infere
bat: si quid emolumenti ex tāta deuocione caperetur. Moris
apud eos esse dicitur. vt si paruulus egrotet. circūferat̄ a m̄re
p singulas domos. quo scilicet si quis experti aliquid remedij
nouerit conferat laboranti. Cūqz mulier quedā paruulū suum
per omnes domos circumtulisset ex more. nec aliquid remedij
cunctas domus lustrando cepisset: venit etiā ad captiuā. vt si
quid sciret ostenderet. Illa se hūam nichil scire testatur. deū tñ
suū cristū quē colebat dare ei desperatā ab hominibus salutem
posse confirmat. Cūqz cilicio suo paruulū superposuisset. atqz

ipsa de super orationem fudisset ad dominum: sanum matri red-
didit infantem. **S**ermo defertur ad plures factiz fama mag-
nifice vñq ad aures regine prolabitur que dolore quodam
grauissimo corporis afflita in desperatione maxia erat. Rogat
ad se captiuam deduci. **I**lla ire abnuit ne presumere aliquid
amplius quā sexus sineret videretur. **I**psa se regina deferri ad
captiue cellulam iubet. **Q**uā similiter supra ciliciū suū positā
inuocato cristi nomine continuo post precem sanā et alacrem
facit exurgere: cristumq esse deum dei summisiliū qui salutem
hanc contulerit docet: eumq quē sibi auctorem sue sciret esse
incolumitatis. et vite cōmonet inuocandum: ipsum namq esse
qui et regibus regna distribuat et mortalibus vitam. **A**t illa
cum leticia domum regressa: marito percunctanti causam tam
subite sanitatis aperuit. **Q**ui cum pro salute coniugis letus
mulieri munera deferri iuberet: illa horum regina inquit o rex
nichil captiuā dignatur: aurum respuit. argentum despicit: ie-
junio quasi cibo pascitur. **H**oc solū ei muneris dabimus: si eum
que me ilico inuocante illa sanavit cristum deum colamus. **A**d
hec tūc rex segnior fuit et iterim distulit sepius licet ab uxore
cōmonitus: donec accidit quadā die venante eo in siluis cum
comitibus suis obscurari densissimis tenebris diem et per tetre
noctis horrorem luce subducta cecis iter gressibus denegari.
Allius alio diuersis ex comitibus oberrant. ipse solus densissi-
ma obscuritate circūdatur. **Q**uid ageret quo se verteret nesci-
ebat: cum repente anxi salutis desperatione animo cogitatio
talis ascēdit. **S**i vere deus ē cristus ille quē uxori sue captiuā
predicauerat: nunc se de hijs tenebris liberet. vt ipsum ex hoc
omissis omnibus coleret. **I**lico vt hec nondum verbo sed sola
mente deuoverat: reddita mūdo dies. regem ad urbem pducit
incolumen. **Q**uicq regine rem protin⁹ vt gesta est patens eu-
cari iamīaq captiuam. et colendi ritū vt sibi tradat exposcit.

nec se vltra aliū deum q̄ cristum veneraturū esse confirmat. **N**d
hec captiuā edocet ihesum cristū supplicandi ritus venerandiqz
modū in quantū de hjs aperire femine fas erat pandit. **F**abri
cari tamen ecclesiā monet: formāqz describit. **I**gitur rex totius
gentis populo conuocato rem ab inicio que erga se ac reginā
gesta fuerat exponit. fidemqz edocet: et nondū iniciatus sacris
sit sue gentis apostolus. **C**redunt viri p̄ regē. feie per reginā
cunctisqz idem volentib⁹ ecclesia extriātur: et eleuato iā pnicit
muroz ambitu tempus erat quo columpne collocari deberent.
Cūqz erecta prima vel secunda ventū fuisset ad tertiam. cōsump
tis omnibus machinis et boū hoīmz viribus: cū media iam
in obliquū fuisset erecta et pars reliqua nullis machinis eri
geret. repetis secundo et tertio ac sepius virib⁹ ne loco quidē
moueri attritis omnibus potuit. **A**dmiratio erat totius populi
regis animositas hebescebat: quid fieri deberet omnes simul
latebat. **E**ed cum interuentu noctis omnes abcessissent. cūcīqz
mortales et ipsa opera cessaret: captiuā sola ī oratione pnoctās
mansit intrinsecus. **C**ū ecce matutin⁹ et anxius cū suis omnib⁹
ingrediēs rex. vīdit columpnā quā tot machine ac tot populi
mouere non quieverant erectā. et super basim suā librate suspē
sam: nec tamen superpositā. sed quantū vnius pedis spacio in
aere pendentem. **T**um vero omnes populi contuentes et magni
ficantes deum: verā esse regis fidem et captiue religione pñtis
vite miraculo testimoniū phibebant. **E**t ecce mirantib⁹ adhuc
et stupentibus cunctis: in oculis eoz sensim super basim suam
nullo contingente columpna deposita summa cum libratione cō
sedit. **P**ost hec reliquus numerus columpnaz tanta facilitate
suspensus est: vt omnes qui superfuerant ipsa die locarentur.
Postea vero quā ecclesia magnifice cōstructa ē. et populi fidē
dei maiore ardore siciebant: captiue monitis ad imperatorem
constantinū totius gentis legatio mittit res gesta exponitur

sacerdotes dei mittere exortatur, qui ceptum erga se dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio et honore transmissis multo amplius ex hoc letatus est quod si incognitas romano imperio gentes et regna ignota vinxisset. Hec nobis ita gesta fidelissim⁹ vir betrarius getis ipsi⁹ rex et apud nos domestic⁹ comes cui summa erat cura et religionis et veritatis exposuit cū nobiscū palestini tūc limitis dux iherosolimis satis vnanimic⁹ degeneret. Sed ad ceptū redeam⁹.

De constantia sorore constantini principis et de arriano presbitero per eam fratri insinuato. **Capitulū. xiiij.**

Posteā quod religiosi principis māter helenā summis romani regni honorib⁹ affecta ex hac luce discessit: cōstātia tūc licinij de relīcta fratris augusti solacijs vtebatur. Huic accidit presbiterū quēdā venire i noticiā: latenter p̄ib⁹ arri⁹ fauente. Sed is primo nichil omnino de hīs apud sororem principis aperire: ubi vero multa familiaritas copiam tribuit paulatim sermonē cepit aspergere. inuidiā dicēs arrio generatam: et pro similitatib⁹ priuatis ep̄m suū rem cōtentiose exagitauisse emulacionis stimulo confixum. quod arrius apud plebem satis clarus haberetur. Hec atq; huīmodi alia frequenter suggesterens aīos constantie suos efficit. Que cū diem obitura visitaret a fratre atq; ab eo blande religioseq; cōpellaret: extremā dicitur ab eo graciā poposcisse ut presbiterū in familiaritatē reciperet. et q; sibi ab eo prospere et salubre suggesterentur audiret: se quidem iam ex luce discedentē nichil curare: pro fratris vero statu esse sollicitā. ne forte pro īnocentiū penis regni sui pateret excidiū. Quib⁹ ille monitis a sorore suscep̄tis et fidēlē pro se germane sollicitudinē credēs accommodauit aurē pb̄o: et interī accersiri de exilio arriū iubet. vt quē admodū de fide sentiret exponeret. Tūc ille fidem cōscriptit: que nō quidem sensū nostrū. tñ verba

nōstra cōtinere professionemq; videret. Miratus quidem est
imperator et putauit vnam eandemq; in ipsius et cōsilij dudū
gesti expositione sententiam contineri. Et tñ in nullo relaxat
animi vigorem. sed rursum eum ad cōsilij remittit examē: quo
nāquidem ad dedicatis nem iherosolimorū ex omni vrbe coire
sacerdotes inuitabantur: hec ad eos de nomine eius scribens.
vt si expositionem fidei eius p̄barent. et eum vel per inuidiā
vt asserebat tunc circūuentum dinoscerent. vel nūc ab errore
correptum clementi erga ipsum iudicio vterentur: q̄nquidem
tanta fuerat consilij moderatio vt non in psone eius. sed in dog-
matum prauitate fuerit lata sentētia: sed tamen et episcopi ei⁹
alexandri cōmodaret assensus. Sed ab h̄is quidem qui primo
captis eius fauentes cum simulatione subscripserant: facile re-
ceptus est. Cum vero alexandriam prexisset. ibi omne eius frus-
tratur incepit: quoniāquidem dolum apud ignorantes locut⁹
scientibus vero dolū intendere. non aliud est q̄ iſum mouere.

¶ De obitu venerabilis constantini principis
ac p̄issimi imperatoris. ¶ Capitulum. xiiij.

Interea dum hec apud alexandriam frustra agitantur:
venerabilis augustus cōstantinus in suburbana villa
nichomedie. tricesimo primo imperij sui anno defunctus est: li-
bris de successione romani vrbis testamēto heredibus scriptis
Quo in tempore quoniāquidem cōstantinus. cui oriētis regnū
decreuerat presens non erat: dicitur secreto accersiens presbitez
quem a sorore cōmendatum supradixim⁹. et exinde familiariter
habitum tradidisse ei testamentum quod scripserat: et obtestat⁹
sub sacramento ne ulli nisi constantio cum venisset in manus
traderet. Cui etiam quia eunuchi qui erāt de palacio fauebant
arte iudicio de ipatoris morte suppresso: vt ad cōstācij ipatoris

presentia multis noua temptantibus oppressis. res tute integras
mansere. Cum vero constantius assuisset: depositum pbr restituit
Cuius beneficij gracia imperator regni cupidus ita ei deuinctus
est: ut qui impare cunctis ambierit. ab illo sibi imperari equa-
nimitate pateret. Ex quo deuincto sibi imperatore cepit de arrj
restitutione suggestio: et nolentes acquiescere sacerdotes vti
cogeret persuadere.

**¶ Qui eo tempore principes ecclesiarum fuerint et de
alexandri et eusebii vel arrj confliktu. Capitulu. xv.**

En temestate apud alexandriam. alexander in iheroso
limis maximus confessor: apud constantinopolim eque
alexander vt ex athanasij scriptis comperimus sacerdotio fun-
gebantur. Sed eusebius qui apud nicomediam erat. de cuius
simulatione in subscribendo supradiximus. ampla occasionem
temporis nactus. et principi per presbiterum familiaris effectus
reuoluere omnia atqz in irritu reuocare consiliu gesta molitur
arriu nequaquam apud alexandriam commemorante venire fecit: et
imperialibus editis consiliu denuo constantinopoli conuocare.
quo conuenere illi maxime qui arrium atqz eusebiu sectabantur
Quicqz sepe cum alexandro congressi. vt arriu susciperet: nec tñ
aliquid proficientes: ne ab iniurijs quidem eius temperabant
Ad ultimum certam ei diem statuentes. denunciant. vt aut ipse
arriu susciperet: aut si reniteretur se ecclesia pulso. et in exiliu
truso ab alio eum suscipiendu sciret. **T**um ille noctem que ad
constitutam intererat diem sub altari iacens. atqz in oratione et
lacrimis tota puigilem ducens: eccie causam dño commendabat
Cumqz lux fuisset exorta. nec tñ alexander ab oratione cessaret
eusebius cum suis omnibus. velut heretici belli signifer domu
arrj matutinus ascendit. euqz propere sequi ad ecclesiā iubet.
ptestat qz alexander nisi pns acquiesceret. expulsus cederet loco.

¶ De probroso arr̄ij interitu. Capitulū. xvi.

Tunc ar̄iū summa exspectatio: quo vel alexādri pseueratia.
vel eusebij arr̄ij instantia declinaret. Cumq; cunctorum
animi eēnt. vt ī talis rei exspectatione suspēsi: arrius ad ecciaz
pgens. episcopoz et populoz frequentia constipatus. humane
necessitatis causa ad publicū locū declinat. Ibiq; cū sederet:
intellina eius atq; omnia viscera in secessus tumulū defluxere
... in obliuio loco fūlā
Et ita tali in loco dignā mortem blasphemie et fetide mentis
exsoluit. Qd postea q; in ecclesia nunciatur est eusebio. h̄is qui
vna secum sanctum et innocentē virum alexandrum de arrio
recipiendo fatigabant: superati pudore et adoperti confusione
discidunt. Tunc cōpletus est sermo ad gloriam domini: quem
in oratione sua alexander ad deū proclamauerat dicēs. **J**udica
domine inter meret eusebij minas et arrium. **S**ed ad presens
quidem paululū pudoris habuere. **C**onueniētes vero inter se
heretici veriti ne forte si vt res gesta est integro ad imperatorē
constantium peruenisset nō solum a perfidia eoꝝ in qua callide
irretitus tenebatur abcederet: verum et in autores deceptionis
sue seuerius aliquid et regia autoritate decerneret: cōponunt
p eunuchos/ quos iam in pfidia deceptos tenebant. vt de arr̄ij
morte imperator quantū fieri posset composite et cōmuniter
nosceret: neq; iā aliquid qb; dei vīdictā idicare videret audiret
Quibus ita gestis: de causa fidei vt ceperant prosequūtur.

**¶ Qd apud alexandriā defuncto alexandro episcopo.
athanasius suscepereit sedem. ¶ Capitulū. xvij.**

Tunc apud alexandriā defuncto alexandro: athanasius
suscepereat sedem. Qd vero esset idem vir acris ingenij et
in ecclesiasticis negotijs apprime vigilans satis iā cū hereticis

innotuerat: cum ad consiliū niceā cum ep̄o suo seni alexandro
venerat: cui⁹ suggestionib⁹ hereticoꝝ doli ac fallacie vigilāter
detegabantur. Statim ergo vt eū ep̄m factū cognouere: rati id
qd res indicabat sua negocia per illius sollicitudinē nō facile
processura. omnibus modis querere aduersus eum machinas
deceptionū parabant.

De athanasij a puero institutione. Capit. xvij.

Aerū non michi absq; ordine videtur pauca de hui⁹ viri
origine supra repetere. et cui⁹ a puero iſlitutiois fuerit
sicuti ab h̄js qui cū ipso vitā duxerant accepimus memorare
Tpe quo apud alexandriā petri martiris diem alexander ep̄us
agebat: cū post expleta solemnia cōuenturos ad cōuiuiū suū
clericos exspectaret: in loco mari vicino videt eminus puerorꝝ^z
superiora maris ludū. imitantū vt fieri solet ep̄m atq; ea que
in ecclesīs geri mos ē. Sed cū intētius diutino pueros inspec
taret videt ab h̄js geri quedā etiā secretiora et mīstica. Per
turbatus illico vocari ad se clericos iubet atq; eis qđ eminus
ipse videret ostēdit. Tū abire eos et cōprehēsos ad se pducere
ōes pueros impat. Cūq; adessent quis eis ludū et qđ egissent
vel quō p̄cūctaꝝ. Illi vt talis habet etas pauidi negare primo
uimus. Hunc etiam beatus anthonus. cū fidei athanasij tessi-
monium laturus aduersum arrianos de thebaide alexandriam
descendisset magnificis consolatus est verbis. Nichil te inquit
offendat o dīdime: q; carnalib; oculis videris orbatus. Desunt
enī tibi illi oculi quos mures et musce et lacerte habent: sed
letare q; hales oculos quos angeli habent e quibus deus vi-
detur per quos tibi magnum scientie lumen attenditur.

¶ Quot sanctoꝝ ex discipulis anthoniꝝ etiam cum in
heremo habitauerint virtutes et signa facientes.
quanti etiam in mesopotamia. **C. Capitulū. ix.**

Florebat igitur egyptus ea tempestate non solū eruditis
in cristiana phīa viris: verū etiā hīs que super vastam
heremū cōmanentes signa et prodigia apostolica simplicitate

vite et cordis sinceritate faciebant. Ex quibus interim quos
ipsi vidimus: et quoꝝ benedici manibus meruimus h̄i sunt.
Macharius de supiori heremo. aliusq; macharius de inferiori.
yldorus in scithis panibus in cellulis. moyses et benyamin in
intria. scirion et helyas et paulus in apiliote. aliis paulus in
focis: poemē et ioseph in sp̄ispiri qui appellabat mōs anthoni
Hec et alios q̄ plurimos huiuscmodi viros in egypti p̄tibus
habitare fidei compim⁹ auditu: ut vere cōpleret apostoli dicū
quia vbi habudauit peccatū suphabudauit gracia. **H**abuit aut̄
per idem tēpus etiā mesopotamia viros nobiles eisdem studijs
folletes: quoꝝ aliquātos ipsi p̄ nos apud edissam et in carav
vici: plures auditione didicim⁹.

De basilio et gregorio episcopis capadocie. Ca. 5.

Sed neutra h̄az infccūdior capadotia fuit: ymmo aliquid
letius gregorii nobis cū basilio germinauit. Tuit igit̄
et ipsa multorū scōrum segetem satisq; letam produxit copiosa
piorū veniam: oliuarum quoꝝ dñi germinauit nouellam. **H**ec
istī p̄cipue duo filii pinguedines assistētes dextera leuaq; cāde
labro: instar duorū celi luminariū refulgebāt. **V**nde dignū puto
de h̄iis pauc a supra repetere. **A**mbo nobiles. ambo athenis eru
diti. ambo collige: ambo de auditorio tigressi ad profitendam
rethoricā rogabāt. **Q**oꝝ opus magnifice quidē iplebat basilius
gregorius vero magnificētius cōtempnebat. **Q**uiq; cū se totū
dei seruicio mācipasset tñ de college amore p̄sumpsit: ut sedenē
basiliū de doctoris cathedra deponeret. ac sccū ad monasterium
manu inecta manu p̄duceret. **I**bis p̄ annos vt aiunt tredecim
omnibus grecorum secularium libris remotis. solis diuine scrip
ture voluminibus operam dabant: earumque intelligentiam
non ex propria p̄resumptione sed ex maiorum scriptis et au
toritate sequebantur: quos et ip̄os ex apostolica successione

intelligendi regulam suscepisse constabat. Quozū precipue in prophetas cōmentarios discutientes: thesauros sapientie et scientie reconditos in vasis fictilibus pquirebant. Verū cum iā ipsi sufficienter instruci diuina dispensatione ad imbuedos populos vocaren̄. et aliis alio itinere ad idem tñ opus vterq; traheretur: basilius ponti vrbes et rura circuiens. desides illius gentis animos et parū de spe futura sollicitos stimulare verbis et predicatione succendere. callemp; ab hjs longe negligentie cepit absoluere: subiecitq; abiecitq; inaniū rerū et seculariū curis suimet noticiā recipere in vnum coire monasteria construere. psalmis et ymnis et orationibus docuit vacare pauperū curam gerere. eisq; habitacula honesta et que ad vičū necessaria sunt prebere: virgines instruere pudicā castāq; vitā omnibus pene desiderabilem facere. Ita breui permutata est tocius prouincie facies vt in arido et squalenti campo videref. seges secunda ac lete vinea surrexisse. ¶ Gregorius vero bonū semen nō pacie batur aut sup spinas iacere aut inter saxa dispergere: sed bonā terrā cordis sui iugi cultu et exercicj; indesinentib; excolebat. Et multo aplius hic in semetipso: q̄ ille in ceteris proficiebat suscipe ille q̄ renūciātes seculo deferebat ad pedes suos et diuide ut quisq; eguisset curā gerebat: iste nichil habēdi cōtent⁹ sacramento erga solas sapientie diuicias auarus et multū cupidus iherebat. Ille coire plures in vnū et sui iuicē in necessarijs habere sollicitudinē docebat: hic sui exemplo q̄ erat absolutus et liber a cunctis sermone apostolico predicabat. Ego aut̄ volo vos sine sollicitudine esse: et dñs in proximo est nichil solliciti sitis: sed tamq; cristi serui hoc solum estote solliciti quādo dñs redeat a nuptijs. Ille delinquentib; misericorditer cōdolere. et a delicto reuocare satagebat: hic per diuini eloquij grām delinquenti incitamēta puenire. nec sinere labi eum qui difficulter erigeretur elisus. Ille infide purus: hic in predicatione liberior

Ille deo humilis: hic etiā hōib⁹ erat. Ille arrogantes cōtemptu
hic ratione vincebat. **H**ic ī veroz diuersa gracia: vnum opus
pſectionis explebat. **I**gitur basilius non multo post cesaree ca
padocie episcop⁹. cum a valente iñ exilium pro fide cogeretur
exhibit⁹ ad tribunal prefecti terrorib⁹ vt illi moris ē ptati
et minis maximis agi cepit. **E**t nūi pceptis principis obediret
interitū sibi iamīqz sparet impendere. **T**um ille intrepidus et
absqz vlla animi pturbatione: hoc sibi imitanti pfecto r̄ndisse
fertur. **A**tzqz vtinā michi aliquid eēt digni muneris qđ offerre
huic qui maturius basiliū de nodo fellis huī absolueret. **C**ūqz
daretur ei nox que erat media ad spaciū deliberandi: respōdisse
venuo phibet. **E**go crastino ipse ero qui nunc: tu te veniā non
mutares. **E**t illa quidē nocte vxor imperatoris velut tortorib⁹
tradita cruciatur: filius vero qui eis erat vnicus extinctus. pa
terne impietatis creditur exsoluisse supplicia. **I**taqz ante lucem
missi sunt qui rogarent basiliū vt precibus suis int̄cederet p
eis: ne etiam ip̄i et quidem multo iñstius similiter interirent.
Hic accidit vt cū omnes catholicos expulerit valens: basilius
vlsqz ad vite exitū intemerato cōunionis sacramento in eccīa
pduraret. **G**regorius vero ap̄d nazāzon oppidū ī loco patris
episcop⁹ subrogatus: hereticop⁹ turbine fideliter tulit. **R**edicta
vera pace constātinopolim ad ecclesiā docendā venire exorare
non abnuit: vbi breui tempore tantū ad emendādū populum
vetustis hereticop⁹ infectum venenis profecit: vt tunc p̄imum
cristiani sibi fieri viderent et nouellā lucem veritatis aspicere
cū religionis doctoz multa quidem verbis. plura tamē doceret
exemplis: nec viderent ab eo discipuli aliquid imperari. qđ nō
prius ipse fecisset. **D**ed vbi gloriā inuidia subsecuta est. obniti
quidā et p̄scriptionib⁹ min⁹ sanis vti cepere: vt ipso ad ppria
remeāte aliis ordinaretur epūs. **N**ō ille susurrari tātum et sub
dente senciēs ruminari: ipse profert qđ dicere ei nullus audebat

Absit inquit ut mei causa aliqua similitas in dei sacerdotibus oriatur. **S**i propter me est ista tempestas: tollite me et mittite in mare: et desinet a vobis quassatio. **T**unc regressus in ecclesia sua: quod superfluit vite tempus exegit. **E**t quoniā fessa iam etate simul et corpore inualidus erat successore sibi ipse delegit: quo ecclesiā gubernātē debilitatis et senectutis oceo frueret. **E**xāt q̄d vtriusq; ingenij monumenta magnifica tractatuū: quos ex tpe i ecclesīs declamabāt. **E**x quib; nos deñas ferme singulorū oraciūculas trāssudidī i latinū basilī p̄terea i stituta monachorū optantes si potuerim⁹ dei fauor adiuuerit eorū plura trāsserre. **F**uerūt p̄terea fratres duo basilio. gregorius et petrus quorū alter in verbo doctrine. alter in opib; fidri fratre ita exequabat vt vterq; vel basiliū vel gregorii redederet. **E**xāt etiā ipsius gregorij minoris aliqua opuscula luculenta. **S**ed de hīs satis dictum.

De fide et religione valentiniani principis et de damaso papa vel vrsini subreptione. **C**apitulū. xi.

Non occiduis vero p̄tib; valētian⁹ fidei religione ille suscepit. **V**etere romani imperij censura rem publicā gubernabat. **D**amasus post liberiū p̄ successionē in vrbe roma sacerdotiū suscepit. **Q**uē prelatū sibi non ferens vrsinus quidā eiusdem ecclesie dyaconus in tantum furoris erupit. vt psuaso quodam satis imperito et agressi episcopo collecta turbulentorū et seditionorū manu in basilica que siciniana appellatur episcopum se fieri extorqueret: legib; et ordine et traditione pueris. **Q**uo ex facto tāto seditio ymmo vere tanta bella orta sunt alterutru defendentib; populis: vt replerent humano sanguine orationū loca. **Q**ue res factione maximini prefecti seu hoīs ad inuidiā boni et innocentis versa est sacerdotis: ita vt causa ad clericorū usq; tormenta deduceret. **S**ed assertorū innocentie dñs fuit: et

in caput eoz qui intenderant dolum pena conuersa est.

De ambrosio episcopo. Capitulū. xij.

Antea defuncto apud mediolanū auxentio hereticorū epo
vtriusq; partis populi diuersis studijs ferebāt. dissentio
grauiſ et piculosa sedicio vrbi prope maturū pabat exiciū. si
pars vtriacq; cū diuersa vellet nequaq; qd pposuerat ipetraret.
Ambrosius tunc consularis eiusdem prouincie fasces gerebat.
Is cum perniciē ciuitati videret impēdere. pro loco atq; officio
suo confessim ecclesiam seditionē populi mitigaturus ingredit
Cūq; inibi multa scđm leges et publicā disciplinā pro quiete
et trāquillitate porasset: pugnātis inter se et dissidētis populi
subito clamor et vox vna cōsurgit. ambrosiū ep̄m postulantes
baptizari hūc protinus clamant: erat enī cathecuminiſ et sibi
episcopū dari: nec aliter vnū populū fore atq; vnam fidem. nisi
ambrosius sibi daretur sacerdos. Obluctante illo et plurimum
resistēte ad imperatorē relatū populi desideriū omni maturitate
iubetur impleri. Dei autē ait esse q discordantē populi fidem
et animos dissidentes: conuersio subita in vnū consensum atq;
in vna sententiā reuocasset. Mox et dei graciā cōsecutus et ini
ciatus sacris sacerdos effectus est.

De valentiniani fine et filiis ei⁹ heredibus regni. Ca. xij.

Antea cū ad bellū samaticū valentinian⁹ de gallie ptib⁹
venisset illiricū. et ibi vix nondū cepto bello egritudine
subita oppressus diem obiit: reliqis heredibus in imperio fili⁹
graciano augusto valentinianoq; admodū paruulo et nondum
reg⁹ insigni⁹ iniciato. Quē tamen necessitas eoꝝ qui tamq;
vacuū imperij locū conabantur inuadere. cōpulit etiā absente
fratre purpura indui: probō tunc pfecto fidliter rem gerente.

De gothorū irruptione. et necē valentis. Capitulū. xiiij.

p Er idem tempus in orientis regno gothorū gens sedibus suis pulsa p oēs se tracias īfudit. armisq; vrbes et agros vastare ferociter cepit. Tunc vero valentis bella que ecclesias inferebat in hostē cepta cōuerti. seraq; penitentia episcopos et presbiteros relaxari de exiliis ac de metallis resolui monachos iubet. Ipse tamen ab hostibus in predio quo ex bello trepidis cōfugerat impietatis sue penas igne exustus dedit annis in ipso cū fratre primo. et post cū fratris filiis q̄tuordecī piter exactis. Que pugna iniciū mali romano imperio tūc et deinceps fuit.

Gracianus ipator theodosiū regni p̄cipē cōsciuerit. Ca. xv

igitur gratianus cū fratre admodum pūulo: post patrem necē orientis quoq; suscepit imperiū. Is pietate et religione ones pene qui ante fuerāt p̄cipes supabat: vñu armorū strenuus velox corpore et ingenio bonus: sed iuuenili exultatione plus fore letus q̄ sufficiebat et plus verecūdus q̄ reipublica intererat. Quiq; vñdens vtile. virum annis maturum instantis regni curis habere p̄cipem et quia vt sermo diuinus mouet melius duo q̄ vñus: consortem adsciscit theodosiū: eiq; orientis pro curatione cōmissa partes sibi ac fratri acciduas reseruauit. Verum is postq; multa religiose ac fortiter gessit: a maximo tyrāno apud britārias exorto per andracaciū ducem lugduni suoꝝ magis proditione q̄ vi hostium pemptus est.

De valentiniano puero. Capitulū. xvi.

e Valentiniānus in ytalia degens fratris nece atq; hostis metu perterritus: simulatione oblatam pacem a maximo

simulans ipse quoq; libenter amplectitur. Cum interim iustina
mater eiusdē arriane heref eos alumpna: īpietatis sue venena
que viuēte viro suppresserat. filio facile decepto fidēter aperuit
Igit̄ apud mediolanum posita conturbare aggredit̄ ecclesiaz
statū: et cōminat̄ sacerdotib; depulsionis exilia nisi ariminēsis
consilij decreta quibus fides temerata fuerat reuocarent. Quo
bello ecclesie murū et turrim validissimam pulsabat ambrosiū
eū p; minis terrorib; atq; omni oppugnationū genere fatigās
primū sibi aditum debellande rimatur ecclesie. Sed q̄uis illa
iezabel spiritu pugnaret armata: resistebat tamen ambrosius
helye virtute replet; et gratia. Ipsa autem in ecclesias garrire
strepere animare ac inflāmare ad discordiā populos cepit: sed
quo minus res ex sentētia cederet iniuriā putare et p; hoc ap̄
filiiū cōqueri. Unde et adolescentulus pro contumelie inuidia
quā falso cōflauerat mater accēsus. armatoꝝ globū ad ecclesiā
mittit: confringi ianuas oppugnari sanctasanc̄toꝝ sacerdotem
ptrabi atq; in exiliū agi protinus iubet. Sed tanta fuit pseue
rantia fideliū populoꝝ: vt aīas prius amittere q̄ ep̄ mallent.

De beniuoli magistri fide et constantia. Ca. xvij.

Insterim dictande aduersum fidem patrū imperialia decreta
mandantur: beniuolo tunc memorie scrinius presidente.
Sed ille cui ab incunabulis sacra fides venerabilis fuit: abne
gat se impia verba posse proferre et contra dū loqui. Tū vero
ne inceptū regine frustrari vide retur celsior ei honor promittiē
si impleret iniuncta. Ille autē qui nobilioꝝ esse in fide q̄ in ho
noribus cuperet: quid michi ait pro īpietatis mercede altiorē
promittis gradū? Huncipsum quē habeo tollite: tantum michi
conscientia fidei duret illesa. Hec dicens autē pedes impia pre
cipientium cingulum soluit.

De ambrosio episcopo et maximo tyranno. Capitulū. xviii.

Ambrosius vero aduersus regine furorem non se manu
defensabat aut telo sed iejunis cōtinuatibꝫ vigiliis sub
altari positus per obsecutiones defensorē sibi ac ecclesie dēum
parabat. Cūqꝫ hec in longū diuersis machinis et oppugnatio
nibus nec quidqꝫ proficiens iustina moliretur: maximus qui se
exure tyranni infamia et legitimū principem gestiret ostendere
datis litteris imperiū protestat incestū: fidem dei impugnari
et statuta catholice ecclesie subrui. et inter hec appropinquare
ytaliam cepit. Quo iustina cōperto hoste simul atqꝫ impietatis
cōscientia perurgente in fugam versa cum filio: exilia que dei
sacerdotibus pabat prima sortitur. Affuit tamen theodosius
propter regni fidem bonitatis atqꝫ beneficioꝫ graciā memor.
et in vindictā totis viribꝫ orientis insurgeſ vltus est sanguinē
iustū. Valentinianoꝫ atqꝫ impia inter hec matre defuncta: fidem
catholicā quā ipsa violauerat. et regnū tyranide pulla restituit
atqꝫ ipse postea qꝫ romā illustri triūpho inuestus est ad ppria
rursum regna remeauit.

De theodosij cōmiso in thessalonicenses et de pnia eiꝫ. Ca. xix.

Per idem tps subreptione quadā de monis: turpis macula
religioso principi iniecta ē. Etenī cū apud thessalonicā
seditione exorta quidā ex militaribꝫ vir impetu fuisset populi
furentis extinctus: repentini nūcij atrocitate impator accēsus
ad ludos cirtenses inuitari populū. eiqꝫ ex iprouiso circūfundī
milites atqꝫ obtrūcare passim quisqꝫ occurrisset gladio iubet.
et vindictā dare nō criminis sed furoris. Ob hoc cū a sacerdo
tibus ytalie argueret. agnouit delictū: culpamqꝫ cum lacrimis
professus publicā penitentiā in cōspectu totius ecclesie exegit
et ad hoc sibi tempus asscriptū absqꝫ regali fastigio pacienter

impleuit. Quib⁹ omnib⁹ illud mirabiliter adiecit. **L**ege sanxit i posterū. vt sentencie principū sup aīaduersiones plate in diem tricesimū ab executoribus differentur quo locus mīe. vel si res tulisset penitentie nō periret.

De fide et religione theodosij principis. **C**a. xx.

Git ad orientē regressus ibiqz vt ab exordio principat⁹ sui summa cura summoqz studio pulsis hereticis ecclesias catholicis tradidit. Idqz ea moderatione agere cepit: vt vltiōe contempta. tantū catholicis de restitutione ecclesiay cōsuleret: quo fides recta absqz predicationis impedimēto proficeret. Cō munē se prebere curabat erga sacerdotes dei fidei religione et munificentia cunctis regiū animū exhibere: accessu facilis et absqz impiali fastu ad colloquiū se humiliqz prebens. Hortatu eius et largitionibus ecclesiē plurimis locis ornate: satis magnificeqz constructe sunt. Prestabat multa poscentibus. sed frequentius vltro offerebat. Idoloqz cultus qui constantini institutio et deinceps negligi et destrui ceptus fuerat. eodē imperāte collapsus est. Pro quib⁹ in tantū deo carus fuit. vt speciale ei munus diuina cōtulerit prouidentia. Etenī in thebaide partib⁹ monachū quendā iohannē nomine spiritu propheticō repletū. cuius monitis atqz responsis pacē retinere an bellū gerere esset melius sciscitabatur.

De appollinari episcopo et heresi eius. **C**a. xxi.

Antera apud laodiciā syrie āte idem tps. appollinaris epūs vir sane i ceteris istructus: sed dū cōtentioñis vicio nimi⁹ agit. et aduersum omne qđ quisqz dixerat ire obuius delectat̄. iactatione ingenij male fortis heresim excōtentioñe generauit. asserens solū corpus nō etiā animā a domino in despensatione suscep̄ta. In quo cū euidentibus euangelij testimonij̄ vrgerec̄.

quibus ipse dñs et saluator noster habere se animam pfiteatur
et ponere eam qñ vult. et iterum assumere eam, quāqz turba
tam et tristem dicit esse vñqz ad mortem: vertit se post. Et ne
ex toto vinci videretur: ait eum habuisse quidem animam, sed
non ex ea parte qua rationabilis est. sed ex ea solum qua viui
ficat corpus. Ad supplementum vere rationabilis partis: ipsum
verbum di fuisse perhibebat. Que assertio primum in vrbe
roma a damaso et petro a exandrino episcopo consilio congre
gato. tali sententia depulsa ē: ut decernerent. si quis filium dei
qui sicut vere deus ita et verus homo fuit. vel humanitatis ali
quid. vel deitatis minus diceret habuisse. alienus ab ecclesia
iudicaretur. Que sententia et apud alexandriam confirmata ē
et apud cōstantinopolim decreto cōsilij. Ex illo appollinariste
ab ecclesia declinantes: et episcopos sibi sue partis et dogmata
propria ecclesiæqz defendunt.

De episcoporum successionibus per orientem. Ca. xxii.

Tgitur in vrbe roma post damasum: siricius ecclesie susce
pit sacerdotium. Apud alexandrīa vero defuncto petro
thymotheus et post hunc theophilus. In iherosolimis autem
post cirillum: iohannes apostolicas repat sedes. Apud antio
chiam vero defuncto meletio: substituitur flauianus. Sed qz pau
linus adhuc superat qui in catholicoz societate semper pman
serat: multa ibi iurgia et multe controuersie sepe cōmote sunt
nec tñ summa vi nitentibus alījs et alījs obnitentibus. ipsi scz
in hoc elemētis terre marisqz fatigatis potuit aliquā pacis vll
opineri modus: cum vñiqz fidēi iam nulla videretur supesse dis
cordia. Hoc idem apud tyrum fuit. vbi cū diodorus unus sane
ex antiquis catholicis vir. et temptationum documentis pro
batus. cum athanasii testimonio a cōfessoribus esset episcopus

factus:modestia contempta alius à melechij partibus ordinatur.
Sed et in multis alijs vrbibus orientis huiusmōi confusiones
contentio genuit sacerdotum. Apud constantinopolim vero
nectarius ex pretore vrbano cathecuminus: et nuper baptisma
consecutus sacerdotium suscepit.

De paganoꝝ motibus apud alexandriam. Ca.xxiiij.

Intra apud alexandriam noui motus et cōtra temporū
fidē aduersū ecclesiā cocitant̄: ex occasione huicmodi
oborti. Basilica quedā publici operis vetusta et admodū neg
lecta fuit. Quē constātiꝝ impator donasse episcopis perfidiam
suam p̄dicatibꝫ ferebat: que longa ī curia nichil validū preter
parietes habebat. Disum est epo qui p̄ idē tēpus gubernabat
ecclesiā hāc ab impatore deponcere vt crescētibꝫ fideliū populis
orationū quoqꝫ crescerent domꝫ. Quāqꝫ cū acceptam vellet ex
tollere:repta sūt in loco antra quedā latētia et terre defossa la
trocinijs et sceleribꝫ magis q̄p ceremonijs apta. Igit̄ gētiles q̄
retegi criminū suorū latebras et flagiorū suorū cauernas vi
derat nō ferētes obiecta tot sceleris mala et tenebris opta rese
rari: vel draconum calice potati insanire omnes ac palā furere
ceperunt: nec vocibus iam et sedicionibꝫ vt solebāt sed manu
ferroqꝫ decertare nitūt̄: et crebros cōflict̄ cōgerere in plateis
belloqꝫ apto vterqꝫ populū inter se coire. At nostri numero et
potentia multo plures sed modestia religionis minus feroceſ
erant. Ex quo frequēter nrōꝝ plurimis vulneratis aliquantis
etiā interfectis ad templū quasi ad artē quādem refugiebant
quo nōnullos ex cristianis captos secum abducantes accensis
aris imolare cogebant. Renitentes nouis et exquisitis suppli
cījs excruciatos necabant: alios patibulis affigentes. alios cō
fractis cruribus in speluncas precipitantes: quas ob sacrificiū

sanguinem ceteraq; ipuritates delubri recipiendas vetusta curia
ositas costruxerat. **N**ex hec per singulos dies primo cum in etu-
deinde cum fiducia et desperatione gerere ceperunt: atq; intra tē
plum clausi rapto et preda viuere. **A**d postremū grassantes in
sanguine ciuium, ducem sceleris et audacie sue diligunt olim-
pum nomine quendam habitu suo philosophum: quo ante sig-
num arcem defendente et tyranidem tenerent. **A**tq; quis romanaz
legum custodia iurisq; virisq; dicendi cura p̄missa est.
cognitis que gesta fuerāt turbati atq; pterriti ad templum cō-
uolant: causasq; audacie p̄curvant: et quid sibi vellet ille cō-
cursus in quo cum tanto scelere ante aras sanguis ciuium funde-
retur inquirunt. **S**ed illi cōfirmato aditu. cōfusis et dissonis
vocebus: rationem faci nullam sed clamorem reddebant. **M**issi
tamen ad eos nuncij de romani imperij potestate de vindicta
legū: et de que talia solerent subsequi cōmonebant. **C**umq; loci
municio nichil aduersum vesania molientes agi nisi vi maiore
fineret: res gesta ad impatorē refert. **I**lle qui ingenita mentis
clementia errantes mallet emendare q̄ p̄dere. prescribit illorum
quidem vindictam quos an aras sanguis fusus martyres fecit
non esse poscendam. i quibus dolorem interitus supauerat glo-
ria meritorum: de cetero vero maloz causas radicesq; discordie
qne pro simulachroz defensione vniabant penit debere succidi
quibus exterminatis etiam belloz causam piter cōquiesceret.
Cūq; hec scripta venissent. et velut post inducias pui epis ad
audiend vterq; populū cōuenisset ad templū statim vt prima
epistole pagina recitata est: in cui exordio vana gentiliū sup-
sticio culpabatur: et clamor a nostris imēsus attollitur. supoz
ac pauor gentiliū populos iuadit: latebras vnuſqnisq; querere
angustos fuge calles rimari aut nostris se latēter īmergere: vt
ab oībus qui aderāt dinoscere ē dei p̄ntia populo suo audaciā tu-
biēte. furorē demonis q̄ i illis pri⁹ debachat fuerat effugatū.

De situ templi serapis et de subuersione eius. que
etiam de origine eius fertur opinio. Capit. xxiij.

Serapis apud alexandriam templum auditū quidem ab
quidem ab omnibus puto : plerisq; vero etiam notum.
Locus est non natura sed manu ac cōstruzione per centum et
eo ampli gradus in sublime suspensus : quadratis et ingentib;
spatīs omni ex parte distentus . Cuncta vero que ad summa
pauimentoz euadatur opere forinsecō sunt cōstructa : que īmen
sis desup luminaribus et occultis aditib; īuicem in semetipsis
distinctis : vsum diuersis ministerijs et clādestinis officijs exhibi
bebant. Nam vero in superiorib; extrema totiū abitus spatia
occupabant exhedre et pastoforia dom⁹q; ī excellum porrecte
in quibus vel editui vel hñ quos appellabant

idest qui se castificant cōmanere soliti erāt. Porticus
q; post hec omnē abitū quadratis ordinib; distincte intrinsecō
circuibant. In medio totius spacij edes erat preciosis edita co
lūpnis : et marmoreo saxe intrinsecō āple magnificeq; cōstructa
In hac simulachrum serapis ita erat vastum : vt dexteravnū pa
rietē alterum leua pstringeret. Qd mōstrum ex oībus generib;
metallorum lignozumq; compositum ferebatur. Interiores de
lubri parietes laminis primo aureis vestiti . super has argen
teis ad postremum ereis habebantur : que munimenta precio
sioribus metallis forent . Erant etiam quedam ad stuporem
admirationemq; videntium dolis et arte cōposita : fenestra sci
licet per exigua que ab ortu solis ita erat aptata . vt die qua in
stitutum fuerat simulachrum ad serapim salutandum introfer
ri diligenter temporibus obseruatis ingrediens in simila
chrū radius solis per eandem fenestram directus os et labia se
rapis illustraret : ita vt inspectante populo osculo salutat⁹ se
rapis videretur a sole. Erat et aliud fraudis genus huiusmodi.

Natura lapidis magnetis huius virtutis esse probabitur: ut ad se rapiat et attrahat ferrum. Signum vero solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatum: ut lapis cuius natum ferrum ad se trahere diximus desuper in laquearibus fixus. cum tempate sub ipso radio ad libram positum fuisset simulachrum vi naturali ad se rapere ferrum: ut assurreret populo simulacrum et in aere pendere videatur. **E**t ne hoc lapsu proponere pateretur mistri fellacie aiebat. surrexit sol ut valedicens serapi discedat ad propria. Sed et multa alia decipiendi causa a veteribus in loco fuerat constructa: que nunc longum est enumerare per singula. **V**erum dicere ceperemus rescripto recitato parati quidam erat nostrorum populi ad subuertens erroris auctoritate: persuasio tamen quedam ab ipsis getilibus fuerat dispersa: quod si humana manus simulachrum illud contigisset. terra dehincens illico solueret in chaos celumque repetere rueret in preceps. **Q**ue res paululum stuporem quendam populis dabat: cum ecce unde ex militibus fide quod armis magis munitus. insurgens correptam bipennem oī nisi maxille veteroris dirigit. **C**lamor tollit utrumque populosum: neque tamen aut celum ruit aut terra dehiscit. **I**n iterum atque iterum repetens: putris signi sumum genium cedit. **N**onque deiectum igni exhibito: tam facile quod lignum aridum conflagravit. **P**ost hoc reuulsum cervicibus et depresso medio trahitur caput cum pedes alias membra cesa securibus et raptis funibus distractiuntur: ac per singula loca membratim in conspectu cultricis alexandrie senex veterosus exurit. **A**d ultimum trucus qui superfuerat in amphiteatro cocremat: vanegrum superstitionis et erroris antiqui serapis hic finis fuit. **D**e cuius origine diversa fertur opinio paganorum. **A**lij iouem putant. cuius capitum modum superpositum. vel cum mensura modorum cuncta in dicet moderari vel vitam mortalibus frugum largitate preberi. **A**lij virtutem nili fluminis: cuius egypti opibus et secunditate pascatur. **Q**uidam in honore nostri iosephi formatum probant simulachrum: ob dimensionem

frumenti qua famis tempore subuenit egyptijs. Alij repertum
in hystorijis grecorum veterib⁹ ferunt apin quendam patrem fa-
milias seu regem in egypto mēphis positum: cum famis tem-
pore frumenta apud alexandriam defecissent ex proprio a fatim
ciuib⁹ alimenta prebuisse. Quo defuncto in honore eius costi-
tuerunt apud mēphis templū: in quo bos quasi īdiciū optimi
agricole nutritur habens quedam insignia qui ex nomine ei⁹
apis appelletur. Horon vero idest sepulchrum in quo corpus eius
inerat alexandriam duxerunt et sozon apis primo ex compo-
sitione serapin uominarunt. Quid verū sit aut si nichil omnino
deus viderit. Sed ad ceptum redeam⁹.

De fraudibus que in templo paganorum detecte sunt. Ca. xxv.

Dost hec capite ipso ydolatrie deiecto: studijs vigilantissi-
mi sacerdotis quecumqz fuerant per totam alexandriam
portenta potius q̄ simulachra parj exitu et simili dedecore pub-
licantur. Horret animus dicere qui miseris mortalibus laquei
a demonibus preparati sunt: que funera que scelera ī illis que
dicebantur ad ista que tegebantur. Quot ibi infantum capita
delecta ī auratis labris inuenta sunt quot miserorum cruciabi-
les mortes depide . que dum proderentur ī lucō ac sub aras
prolata ferrentur. licet confusione ipsa gentiles et pudore diffu-
gerent: tamen si quis adesse potuit mirabatur tot sceleris se illis
tam nepharijs et tam pudendis fraudibus irretitū: vnde et plu-
rimi eoz ex hic cōdemnato errore et scelere dēpsso fidem cristi
et cultū vere ligionis āplexi sunt.

Alexandrie adultero. Capitulum. xxvi.

De saturnisacerdote tyranno toti⁹ pene

Nam vt omittam cetera flagicia que ī alijs locis īecatis
pūulis despiciatisqz ob īfibrarum specionem virginibus

inferebant. Vnū solūmō qđ in templo saturni gerī ad omnium
vcnit noticiam memorabo: ex quo etiam cetera que omisimus
perpēdēt. **H**acerdos erat apud eos saturni tyrānus noīe. Hic
quasi ex r̄nō numinis adoratib⁹ in tēplo nobilib⁹ quibusq; et
primarijs viris. quorum sibi matrone ad libidinem placuissent:
dicebat saturninum sibi p̄cepisse. vt vxor sua pernoctaret in tē
plo. **T**um is qui audierat gaudens qđ vxor sua dignatione nu
minis vocaretur: exornatam cōpti⁹ insup et donarijs onustam
ne vacua. s. repudiaret cōiugē mittebat ad templū. **T**uncq; in
cōspectu oīm. cōclusa intrinsec⁹ matrona: tyrān⁹ clausis ianuis
et traditis clauib⁹ discedebat. **D**eīn fact⁹ silentio: p occultos et
subterraneos aditus intra ipm simulachr̄ saturni. patulis repe
bat caueris. Erat ei simulachr̄ illud a tergo exesum: et pieti
diligenter annexū. Ardentib⁹q; intra edem lumenib⁹ intente ac
supplicanti mulieri. vocem subito p simulachr̄ eris cōcaui pfe
rebat: ita vt pauore et gaudio ifelix mulier trepidaret qđ dig
nā se tāti numinis putaret alloquio. Postea vero qđ qđ libitū
fuerat vel ad cōsternationē maiorem vel ad libidinis incita
mentū dīsseruisse numen ipurū. arte quadā lineolis obductis
repente lumina extinguebantur vniuersa. **T**um vero descendens
obstupefacte cōsternateq; muliercule: adulterij fucū pfanis cō
mentationibus inferebat. **H**ec cū per oēs miseroy matronas
multo iā tpe gererentur: accidit quandā pudice mentis feminā
horruisse facin⁹. et attenti⁹ auscultatē cognouisse vocē tyrāni
ac domū regressam viro fraudem sceleris indicasse. **I**lle de iniu
ria cōiugis. ymmo poti⁹ sua inflāmat⁹: inscriptum tyrannū ad
tormenta dedit. **Q**uo cōiucto atq; cōfesso. ceterisq; fraudib⁹
reuelatis. pudor oīs et dedec⁹ paganorū puaserat domus: adul
tris matribus. incestis prib⁹. liberorū spurjns dēphenis. **Q**uib⁹
diuulgatis et proditis rapti cum simulachris et edibus excide
bantur et crīmina.

De canopi inicio vel interitu. Capit. xxvij.

In vero canopi quis enumerat supersticosa flagicia ubi sub pretextu sacerdotali litterarū ita etenim appellant antiquas litteras egyptiorū magice artis erat pene publica scola. Quem locum velut fontem quendam atq; originem demonum in tantū venerabantur pagani: ut multo vbi maior celebritas q̄ apud alexandriam haberetur. Sed et huius quoq; monstri errore cuiusmodi originem tradant: absurdū non erit paucis exponere. Ferunt aliquando caldeos ignem deum suum cūcūferentes cum omni pūntiarū dñs habuisse cōflictum: quo scilicet qui vicisset hic esse deus ab omnib; crederetur. Reliquarū prouintiarum dñ eris aut auri argēti ve aut ligni aut lapidis vel ex quaevq; materia cōstabant que per ignem pculdubio corrū peretur. Ex quo siebat vt ignis locis omnibus optineret. Hec cū vidisset canopi sacerdos: callidum qđdam excogitauit: ydrie fieri solent in egypti ptibus fidiles vndiq; crebris et minutis ad modum foraminib; patule: quibus turbida aqua desudans defecatioz ac purior reddebat. Harum ille vnam cera foraminibus obturatis desuper etiam varijs coloribus pictam aqua repletā statuit vt deum: et excisum ceteris simulachri quod melenai gubernatoris ferebat caput desuper positum diligenter aptauit. Assunt p̄ hec caldei. icē in cōflictū: circa ydriā ignis accenditur Cera qua fuerant obturata fosamina resoluīt: sudante ydria ignis extinguit sacerdotis fraude canop̄ caldeorū victor ostēdit. Unde ipsi canopi simulachrū pedib; pexiguis attracto collo et quasi sugillato ventre tumido in modum ydrie cum dorso equa liter tereti formatur: et ex hac persuasione velut de victor omnū colebat. Sed fecerit hec fortasse caldeis aliquā. Nunc vero aduentante sacerdote dei theophilo. null⁹ pfuit sudor: nec eris fraus obiecta subuenit. Vastata sunt oia: atq; ad solū deducta.

De eccis l' martirij q̄ in ydolorū locis cōstrucēt sunt. **Ca. xxvij**

Sed nichil gestum est qđ in squalore verteret locum flā
giorum cauerne. ac veterosūm busta diecā sunt: et
et veri dei tēpla ecceq̄ cōstrucēt. Nam et in serapis sepulchro
xfanis edib⁹ cōplanatis ex uno latere mazirium: ex altero
cōsurgit ecclā. Causa autē cōstruēdi martyrij vñ data sit: dignū
arbitror memorare.

De iohannis baptiste sepulchro violato et de
reliquijs ap̄ alexādriā conseruatis. **Ca. xxix**

Iuliani t̄pibus velut relaxatis frenis: effebuit in omnē
seuiciā feritas paganoꝝ. Ex quo accidit ut apud sebastē
palestine urbem sepulchrū iohannis baptiste mente rabida et
funestis manib⁹ inuaderent. ossa dispgerent. atq; ea rursum col
lecta igne cōcremarent: et sanctos cineres pulueri imixtos per
agros et rura dispgerent. Sed dei puidentia factum est: quosdā
ex iherosolimis ex monasterio philippi boīs dei orationis causa
illuc p idem temp⁹ venisse. Qui cum tantū nefas humanis qui
dem manibus sed ferina mente fieri viderent. mori grati⁹ hñtes
q̄ huiuscemoi piaculo funestari: inter eos qui ossa ad exurendū
legebant mixti et diligent̄ in q̄ptum eis res patiebatur ac reli
giosus cōgregantes: furtim se vel stupentibus vel insanietib⁹
subtraxere: et ad eligiosum patrem philippū venerandas reli
quias ptulerunt. Ille supra se dicens tantū thesaurum ppr̄ijs
seruare vigiljs: ad pōtificem maximū tunc athanasiū hostie im
maculate reliquias p iulianum dyaconum suū post etiam pales
tine urbis episcopum mittit. Quos ille suscep̄tas et paucis ar
bitris sub cauato sacrarj piete iclusas. ppheticē pfuturas gene
ratioi poscere cōseruauit: quib⁹ nūc diecis et xſtratis ydolatrie
vesilijs. in edib⁹ quōdā xphanis aurea teča cōsürgerent.

¶ Qd omnia per egyptum demonia delubra edicule vel etiam phana vscz ad solum sunt diruta. **Capit. xxx.**

Sed post occasum serapis qui nunq̄ vixerat: que iam alterius demonis stare delubra potuerunt. Parū dixerim si omnes que erant alexādrie per singulas pene columpnas cuiuscumqz demonis edicule insulte ceciderunt: s̄ p cunctas egypti v̄rbes per castella per vicos et omne rus p ripas fluminis p heremum quoqz. si qua fana. seu potiū busta reperiri potuerūt instantia vniuersitatis episcopi subrata et ad solum deducta suut ita vt rus de nro culture redde retur quod iniuste fuerat demonibus deputatum.

¶ De thoratibus serapis apud alexandriam abrasis. **¶ Ca. xxxi.**

Sed et illud qd apud alexādriā gestū ē qd etiā thoraces serapis. q p singulas quasq; domos in pietib; in ingressibus et postibus etiā et in fenestrīs erant ita absclsi sunt omnes et abrasi: vt ne vestigium quidem vscz vel nominis appellatio aut ipsius aut cuiuslibet alterius demonis remaneret: sed pro hjs crucis dñice signum vnuquisqz in postibus in ingressibus in fenestrīs in pietibus columpnisqz depingeret. Qd cum factū h̄j qui superant ex paganis videarent: in recordationem rei magne ex traditione sibimet antiquitus cōmendate venisse phibent. Signum hoc dñice crucis inter illas quas dicunt hierolegistas vel iherofanitas vel iheratitas id est sacerdotales litteras egyptij habere dicuntur: velut vnum ex ceteris litterarū que apud illos sunt elementis. Cuius littere seu vocabuli hanc esse assertunt interpretationem: vita ventura. Dicebant ergo h̄j qui tunc admiratione rerum gestarum conuertebātur ad fidem. ita sibi ab antiquis traditum: quod hec que nunc coluntur tam diu starent donec viderent signū istud venisse in q esset vita.

Vnde accidit ut magis bñ qui erant ex iacerdotibꝫ et ministris
temporum ad fidem cōuerterent: ꝑ illi quos errorum p̄stigie
et deceptionum machine delectabant.

¶ Qd mensura aque nili fluminis q ad templū serapis quasi
ad aquarum largitorēm deferri solebat. ipso destrudo ad
ecclesiam iussa sit deferri. **¶ Capitulum. xxxij.**

Sane quoniā moris erat in egypto vt mēsura ascendentis
nili fluminis ad templū serapis deferretur velut ad in
crementi aquarum et mundationis auctorem subuerso eius si
mulachro igniqꝫ cōsumpto . omnes simul negabant serapin in
iurie memorē: aquas vltra et effluentiam solitam largiturum.
Sed vt oneret dñs non serapin qui multo erat nilo posterior
sed se esse qui aquas fluminis temporibus suis iuberet excres
cere: tanta ex eo et deinceps fuit inundatio . ꝑtum fuisse pri
etas nulla meminerat. Et ideo vrna illa id est aque mēsura quā
poechim id est cubitum vocant: ad aquarum dominū in ecclesia
cepit deferri.

¶ Qd religiosissimus princeps theodosi hec gesta
audiētes magno gaudio exhilarat⁹ sit. Ca. xxvij.

Sed vbi hec gesta religioso principi nunciata sunt: ex
tentis ad celum palmis cum ingenti fertur exultatione
dixisse. Gratias tibi ago criste: ꝑ absqꝫ vrbis illius magne per
nicie tam vetustus error extinctus est.

¶ De valentini iunioris interitu et ortu eugenij tyranni et
rñis iohānis monachi ad theodosiū principē. Ca. xxvij.

Inferim valentinianus in occiduis p̄tibus āniis ꝑtum
etas patiebatur ardētibus, rempublicā gerens: causis

etiam nunc latentibus laqueo vitam finivit. Sed hoc quidam
dele ducis sui arbo gasti factum confirmabant: idque maxime
publica tenebat opinio. Alij a commissso quidem scelere ducē alie-
num dicebant: sed causas prestitisse quibus in hac adolescens
animi indignatione cogeretur quod minus ei tamquam p̄ etatem non
valido libera de omnibus indulgeret impia. Fuere tamen non
nulli sacerdotū qui paucis ab eo qui post creatus est legatione
suscepta: imunem esse ducem a mortis scelere apud theodosium
testarentur. Sed ille nichil segnius inflamatus ad ultionē arma
contra eugenium qui in locum defuncti substitutus est corripit.
dei primo voluntatem per iohannē monachum de quo supra me-
morauius sciscitatus. Cum ille qui primum ei de maximo vic-
toriam promiserat ineruentā: etiā hanc licet non absq; plurima
ytriusq; sanguinis inundatione permittit.

**¶ De apparatu belli aduersus eugenium theodosii
et de victoria eius. ¶ Capitulum. xxxv.**

Igitur preparatur ad bellum non tam armorum telo-
rumque quod iejuniorum orationumque subsidij: nec tā ex
cubiarum vigilij quod obsecrationum pnoctatione munitus. Cir-
cuibat cum sacerdotibus et populo omnia orationum loca: ate
martyrum et apostolorum tecas iacebat in cilicio prostra-
tus: et auxilia sibi fida sanctorū intercessione poscebat. At pa-
gani qui errores suos nouis semper erroribus animant: inno-
uare sacrificia et romam funestis victimis cruentare: inspice-
re exta pecudum. et ex fibrarum prescientia securam eugenio
victoriam supersticiosius nunciare. Hec agentes cum omni ani-
mositate flauiano tunc prefecto: cuius assertionibus magna
enim erat eius insipientie prerogativa. eugeniu victorem fore
p certo presumperant. Sed ybi vere religionis fretus auxilio

theodosius alpium fauces cepit vrgere: primi illi quibus nec
quidque licetate tot vicime de fallacie gratia trepidi demones in
fugam versi sunt: post etiam magistri eorum. et doctores errorum
precipue flauianus. plus pudoris que sceleris reus cum potuisset
euader. eruditus admodum vir mereri se mortem pro errore
iustius que pro criminis iudicavit. ceteri. vero aciem instruunt. et
collocatis in supiori iugo insidijs ipsi pugnam in decessu mon-
tis expectant. **D**ex at ubi ad primos ventum est. illico se legitimo
principi tradiderunt: cum ceteris ymis Vallibus dephenisis
conflictus acerrimus gerit. Stetit aliquo diu anceps Victoria: fun-
debantur auxilia barbarorum et terga iam hostibus dabant: sed
siebat hoc non ut theodosius vinceret: sed ne p barbaros vin-
cere videatur. **T**um ille ut coueras suorum acies vidit. stans in
edita rupe vnum et conspicere et cospici ab utroque possit exercitu
piectis armis ad solita severtit auxilia. et pstrat*u* in conspectu
dei omnipotens inquit. **D**eus tu noster: quia in nomine christi filij
tui uincionis iuste ut puto ista prelia suscepi. **S**in secus: in me
puero tuo vindica. **S**i vero cum causa probabili et in te confisus
huc veni porrige dexteram tuam: ne forte dicant gentes ubi est
deus eorum. **Q**uam supplicatione per principis certi a deo esse sus-
ceptam: huius qui aderant duces animantur ad necem. **E**t procipue
bacurius vir fide et pietate ac virtute animi et corporis insig-
nis. et qui comes esse et socius theodosii mereretur: proximos
quosque conto telis gladio passim sternit: agmina hostium con-
serta et constipata prumpit: iter per milia ruentium ad ipsum
tyrannum. pruptis agminibus et aceruatim fusis tragibus agit
Dix fortasse ab infidelibus credantur que gesta sunt. Etenim
compertum est que post illam imperatoris precem quam deo fude-
rat ventus ita vehemens exortus est: ut tela hostium in eos qui
iecerant retorqueret. **C**umque magna vi persistente vento omne
iaculum missum ab hostibus frustraretur: fracto aduersario

animo seu diuinit⁹ potius repulso armogaste duce. nec quid p⁹
 deo aduerso fortiter faciente: eugenius ante theodosij pedes.
 vincis post terga manibus adducitur: ibiqz vite eius et certa
 minis finis fuit. Tū vero religioso principi gloriosior victoria
 de frustratis opinionibus paganor⁹. q⁹ de tyranni interitu fuit.
 quibus spes vana et falsa diuinatio non minus in interitu con-
 tulit pene q⁹ pudoris seruauit in vita.

De fine theodosij post victoriā et de archadio et
 honorio filijs ei^j atq^z heredib⁹ regni. Ca. xxxvi.

Omq^z post hec vt futuroz pscius impator disponēde rei
 publice sollicitudine stringeret. ad orientem protinus
 mittit: ubi venturus ad bellum tuta liberos custodia cōmen-
 daret. Ibiqz archadiū augustum regnū sibi dudum traditum
 seruare precepit. Honorium vero pari dignatione preditū: ad
 occidentis impiū venire oīj iubet. Quo suscep^to et pñnis oscu-
 lis amplexibusq^z cōstricto traditis occidentalis regni gubernia-
 culis: ipse romano imperio p annos decem et septem feliciter gu-
 bernato ad meliora migrauit: cū pñssimis principib⁹ pcepturus
 premia meritor⁹.

Eusebij cesariensis episcopi ecclesiastica hystoria per rufinū
 virū eloquētissimū de greco in latinū traducta. explicit felicit.

Hcccc^o lxxiiij^o

finis acerat opus



